# CASUS DECISI IN AMPLISSIMO TRIBUNORUM PLEBIS BONON. MAGISTRATU, ...

Giovanni Battista Gargiaria

4b7
2

A

# CASVS DECISI
## IN AMPLISSIMO
## TRIBVNORVM PLEBIS BONON.
## MAGISTRATV,

IOANNE BAPTISTA GARGIAREO
Iur. C. Bononienſe, & in Patrio Archigymnaſio
legum criminalium publico interprete
. AVCTORE.

Opus cunctis iuris profeſſoribus vtile valdè,
ac neceſſarium;

*Indice gemino, argumentorum vno, rerum, & verborum altero.*

467
22

BONONIÆ,

Ex Typographia Hæredis Victorij Benatij. 1640.
[illegible]

# BEATISSIMÆ MARIÆ VIRGINI
## DE VITA BONONIÆ
## DOMINI NOSTRI IESU CHRISTI
## MATRI,

Cœli, Terræq; ac ſingulari eiuſdem Ciuitatis Reginæ, & Protectrici,

IOANNES BAPTISTA GARGIAREUS
I. C. BONONIENSIS
D. D. D.

*Alma parens Vita turris tutiſsima ſaluE.*
*Mater Amata Reis, terrigeniſq; pIA.*
*Si ſuperos poſtes claudebant crimina noſtra,*
*Porta patens noſtra es facta ſalutis amans.*
*Qualis nauta miſer luctanti languet in vnda*
*Naufragus expectans piſcibus eſſe cibum.*
*Vt propè clementi portum cum ſidere cernit,*
*Intrat, & incolumis feruida dona dicat.*
*Qualis compactam docuit Phineus ab Argo*
*Hæmonios tutam ducere ritè ratem.*
*Quos bis ſeruatos diuino numine Glaucus*
*Præcepit fauſtis ſacrificare dijs.*

*Auratum vellus patriam regreſſus Iaſon,*
*Medeæ auxilio, quam cito ſacrat ouans.*
*Talis ego viuens, talis tibi vota dicando,*
*Horrentes fugiam, vel phlegethontis aquas.*
*Falſum priſca docent cultum venerata Deorum,*
*Me quoque Chriſtiparam te celebrare Deam.*
*Te ſine Nauis erat tenui fundata carina*
*Iam mea, ad Aſtrææ curſus inanis erat.*
*Te ſine præcipites nequeo contemnere ſyrtes,*
*Nec ſtygij fauces ritè draconis iners.*
*Lilia quæ croceo produxit terra colore,*
*Poſtea Iunonis lactea lacte tulit.*
*Lactea, nec fuluo ſunt hæc mea dona metallo*
*Parta, ſed obſcuris ſenſibus acta meis.*
*Qualia ſint animo, Noſcis Regina ſuperna*
*Virgo tuis meritis lactea, fulua dabis.*
*Stella maris portus tutus, tutiſsima Turris*
*Suſcipe, meq; foue, Porta ſalutis AVE.*

LE-

## LECTORI.

SI noſtros laceres Lector fortaſsè labores
Te proprium laceras, & tua lingua perit.

Quæris vtrique pius tutam præbere medelam?
Parce, ſile, excuſa, vel meliora dica.

Cum

CVm Deciſiones Ampliſſimi Magiſtratus Tribunorum Plebis Bononiæ D. Ioannis Baptiſtæ Gargiarei in vtroq; iure Doctiſſimi perlegerim, nihil à fide Catholica alienum, nec bonis moribus contrarium; immò omnia maximè iuribus conſona reperij, vnde quibuſcunq; vtiles, ac per gratas fore, & quod Typis mandentur, dignas iudico.

*Don Policarpus Pœnitent. D. Petri Bonon.*

DEciſiones Ampliſſimi Magiſtratus, &c. cum nihil à præſcriptis Catholicis diſcordans viderim continere: vti æquiſſimi iuris monumenta, communi luci, & vtilitati digniſſimas quæ mandentur exiſtimaui.

*Ego D. Hieronymus Bendandus Monac. Caſin. S. Theol. Doct. Colleg. & Publ. Interpres.*

AR-

# ARGVMENTORVM INDEX.

## DECISIO I.

*Locans operas ſuas, ſi per eum non ſtetit, quo minus præſtarentur, integram conſequi debet mercedem.*

## DECISIO II.

*Faber Cementarius qui pontem conſtruit non tenetur, ſi caſu fortuito ille pereat.*

## DECISIO III.

*Famulus mandato Domini vas exportans, de ipſius fractione non tenetur.*

## DECISIO IV.

*Pauperi operas ſuſcipienti; licet adhuc non ſit perfectum opus, ſalarium debetur.*

## DECISIO V.

*Relatio quamuis non expreſſa, ad primam habet relationem, cum iiſdem pactis penſione, & obligationibus.*

## DECISIO VI.

*Locatori de mane ad veſperas operanti (licet de nocte operas ipſe non præſtet) merces debetur.*

## DECISIO VII.

*Clauſula*, ſola facti veritate inſpecta, *virtus, & operationes.*

## DECISIO VIII.

*Indebitè ſolutum, à quo probari debeat, & quomodo repeti poſſit.*

## DECISIO IX.

*In æſtimatione per Peritos facienda, citatio eſt neceſſaria, cum de partium præiudicio agatur.*

## DECISIO X.

*Forenſibus Mercatoribus Piſces ad Ciuitatem inuehentibus, non tantum concedi debet licentia, vt minutim vendant, ſed etiam all'ingroſſo.*

## DECISIO XI.

*Debitor frumenti, elapſo reſtitutio-*
*nis*

*nis tempore, vendere poteſt ipſum frumentum, ſi per eum non ſteterit, quo minus reſtitueretur, ſed per Creditorem.*

DECISIO XII.

*Vidua quamuis ad ſecundas nuptias conuolauerit, ex hoc tamen hæreditatem per mortem filij vltimi recuperatam, reſtituere non tenetur.*

DECISIO XIII.

*Debitor elemoſynam petens à Creditore ſuo, non per hoc fatetur debitum.*

DECISIO XIV.

*Debitor poſt ſuſceptum terminum ad ſoluendum, non poteſt leuare, nec ſuſpendere pignorationem ab ipſius Creditore proſequendam, nec ipſorum pignorum venditionem.*

DECISIO XV.

*Mutuum ob turpem cauſam contractum à lege, & hac de cauſa contra debitorem nullius eſt valoris, nullamq; parit actionem.*

DECISIO XVI.

*Debitor non tantum caſibus fortuitis non tenetur, ſed ipſi competit reſtitutio in integrum.*

DECISIO XVII.

*Iudex, quando teneatur petenti debitori, dilationem concedere.*

DECISIO XVIII.

*Ipſa debiti anterioritas non oritur per creditores in apoca deſcriptos, ſed per debiti ipſius anterioris ſcientiam.*

DECISIO XIX.

*Debitori ante tempus ſoluiſſe fatenti non creditur.*

DECISIO XX.

*Vaſa vitrea, ſi propria Artificis culpa fracta reperiantur, nullam ipſe de illorum indemnitate actionem habere poteſt.*

DECISIO XXI.

*Locatori operarum opus non explenti merces prohibetur.*

DECISIO XXII.

*Notarius ſi receperit fideiuſſorem, qui non ſit ſoluendo (principali non idoneo) de damno tenetur.*

DECISIO XXIII.

*Emptor vnius Lectarij fulmenti à fabro lignario, non vltra pretium conuentum tenetur, licet ſit erratum in corpore rei venditæ.*

DECISIO XXIV.

*Emens ſeptem faſcium currus tradendorum per totum menſem Auguſti, ſi à venditore emptori pretium de faſcibus ipſis tunc conuentum reſtituatur, non datur*

*actio*

*actio pro pretio quantiſplurimi.*

## DECISIO XXV.

*Macellarius, qui vitulum emit, addito ſpatio vnius anni ad ſoluendum ipſius vituli pretium, intelligitur de anno incipiente à die promiſſionis.*

## DECISIO XXVI.

*Artes fœtidæ, ne iuxta publicas Ciuitatum vias exerceantur, prohiberi poteſt.*

## DECISIO XXVII.

*Domino venatorem abſq; expreſſa licentia in proprio fundo lepores capientem reperienti, pro ipſorum leporum conſignatione actio non denegatur, non autem fundi ruſtico contra venatorem agenti.*

## DECISIO XXVIII.

*Vectorinus commodans creditori ſuo dolia ad cuſtodiendum vinū ſuum, ipſa intempeſtiuè petere non poteſt, ſed vſu finito.*

## DECISIO XXIX.

*Tabernam adiens forenſis quidam, non ſuſpectus de fuga, ſi ab ipſo caupone comodum tamen habente recuſetur, poteſt cogere cauponem ad ipſum recipiendum.*

## DECISIO XXX.

*Emptor vuarum, quæ medio tempore vi tempeſtatis perierunt, colonum ipſum pro pecunia reſtitutione moleſtare non poteſt, ſed futuram vuarum recollectionem expectare tenetur.*

## DECISIO XXXI.

*Vendito equo, venit ſella, & frænum, & ita equus debet emptori tradi, prout à principio fuit exhibitus, & oſtenſus; idem dicitur de domo, quæ ſi vendatur veniunt vitreatæ.*

## DECISIO XXXII.

*Anulum inuenienti nulla debetur recognitio, ſi nec pecunias, nec tempus in ipſo inueniendo conſumpſerit. Inſolidum tenetur ille, qui ex pluribus vendentibus ſolus in Ciuitate remanſit, ſi piſces vendiis corrupti reperiantur.*

## DECISIO XXXIII.

*Fabri cementarij deijcientes in terram trabem, ſi fregerunt tabulatum ſupra apothecam poſitum, tenentur ad damnum inſolidum.*

## DECISIO XXXIV.

*Hæres promittens ſoluere cum propria bonorum obligatione, non tenetur de ſuo, ſi bona defuncti non ſint ſoluendo.*

## DECISIO XXXV.

*Iudex denegare non poteſt iuris terminum debitori, ipſum pro ſui debiti ſolutione (miſerationis cauſa)*

† † pe-

[redacted]

ized by Google

*petenti, ſecus ſi ex cauſa, & deciſ. 62.*

## DECISIO XXXVI.

*Ruſticus oua vendens cuidam, qui illi mercedem aliquam dedit, vt ea ad domum ipſius emptoris portaret. ſi aliquo accidente oua fracta fuerunt, emptoris ipſius periculo franguntur, quia ipſa merces quã habuerat ab ipſo emptore, non cuſtodiam, ſed laborem reſpiciebat.*

## DECISIO XXXVII.

*Emptor frumenti in ſolutione pretij, niſi ad Culmerij tunc currentis rationem tenetur.*

## DECISIO XXXVIII.

*Lacerans liſtam, de manu aduerſarij ſubreptam, coram Iudice, quamuis ira accenſus hoc fecerit, ad temerariorum tamen animaduertentiam pœna (& ſiniſtiori) punitur, & aduerſarij ſui iuramento circa debitum ſtatur.*

## DECISIO XXXIX.

*Modicæ ſummæ attenta tamen qualitate ſcribentis, coniecturis, & etiã ſolo iuramento probantur.*

## DECISIO XL.

*Medicamentorum agreta vxori per Aromatarium adminiſtratorum, ſatisfactio, ad maritum pertinet.*

## DECISIO XLI.

*Quidam ſalmenta emens ad vſum lardaria ſi ſtatera, qua ipſa ponderata fuerunt, non fuerit iuſta, venditio per hoc nõ eſt retractanda, ſed ipſi emptori reſarcimentum debetur.*

## DECISIO XLII.

*Torquis aurea, quam Piſcatorum alter ab alterius manibus extorſit, ſi in pado perdatur, ex ipſis reus ad torquis ſolutionem tenetur.*

## DECISIO XLIII.

*Mulier quorumdam mobilium vſufructuaria, ſi illa vendat, moleſtari non poteſt, dummodo tamen ea, & ad honeſtum lucrum mandet, & finito vſufructu, res ipſis ſimiles, vel eorum pretium, & valorem reſtituat.*

## DECISIO XLIV.

*Qui actum facit, ad expenſas tenetur, quamuis actus ipſe in alterius partis vtilitatem redundet, ſecus ſi eſſet vtilitas communis, vel ex Iudicis officio hoc fieret.*

## DECISIO XLV.

*Executores poſſunt à Iudice mitti ad domum artificis, concurrentibus requiſitis, de quibus ibi.*

## DECISIO XLVI.

*Ex Iudicis ordine malefacter captus,*

cum

*cum ſit ſoluendo, de ipſius bonis expenſas ſoluere tenetur, niſi tamen ad Creditoris inſtātiam captus ſit, ac de communi vtilitate agatur.*

## DECISIO XLVII.

*Emptor volens agere redhibitoria contra venditorem pro re defectuoſa, ſi vitium patens non fuerit, poteſt; ſi patens, nequaquam.*

## DECISIO XLVIII.

*Emptor ſecundus pellium præfertur primo, concurrentibus tamen, & traditione, & propria ſigni appoſitione.*

## DECISIO XLIX.

*Emptor alicuius mercis, ſi tranſacto termino à lege ſtatuto aliquid habeas opponere, nullam contra venditorem pro ipſius mercis reſtitutione habet actionem.*

## DECISIO L.

*Hæres, lignorum relictum ſoluens legatario, variare poteſt dando illi pecunias.*

## DECISIO LI.

*De electione, officio, & qualitate peritorum, ibi plenè tractatur.*

## DECISIO LII.

*Maritus, ſi decipiatur ab Vxore, veſtem pro maiori pretio, quam viro dixerat emente, reſiduum ſupra pluris venditori reſtituere tenetur, iuxta conuenta inter Vxorem, & venditorem.*

## DECISIO LIII.

*Ab officio ſuſpenſus, officio finito, ipſius extinguitur ſuſpenſio.*

## DECISIO LIV.

*Filius poteſt à Patre, vel Matre obligari, ac promittit Artifici, aliqua taxata operarum mercede.*

## DECISIO LV.

*Salarij cauſa eſt ſummaria.*

## DECISIO LVI.

*Licentia, & beneplacitum non expirant finito officio, ſed durant.*

## DECISIO LVII.

*Exhibitio ſemper eſt facienda, docto de exiſtentia, & intereſſe.*

## DECISIO LVIII.

*Creditor teſtes à Ciuitate abſentes habens, pro crediti ſui verificatione, ad iuramenti delationem recurrere poteſt.*

## DECISIO LIX.

*Faber, qui vaſis æreis manicos ferreos plus ponderis infixit, condemnatur.*

## DECISIO LX.

*Vidua, quæ in cuſtodiam ſuam habuit quaſdam ſubuculas, licet deperditas,*

*tas, de ipſarum conſignatione tenetur.*

DECISIO LXI.

*Pauperibus operarum merces ante finem operis debetur.*

DECISIO LXII.

*Magiſtratus Tribunorum Plebis Bononia, nedum criminaliter, ſed ciuiliter etiam procedendi poteſtatem habet.*

DECISIO LXIII.

*Salarium, ſeu merces non debetur famulo, niſi tranſacto ſeruitij tempore inter ipſos conuento.*

# INDEX RERVM, ET VERBORVM,

## Quæ in Deciſionibus Magiſtratus Tribunorum Plebis continentur.

### A

ACTIO, an ex pacto nudo oriatur. deciſ. 7. nu. 3. fol. 5.

Actio ex *l. ſi vno anno*, §. *item cum quidam*, *ff. locat.* & *l. ſi hi, qui C. eod.* quando competat. deciſ. 21. num. 2. fol. 17.

Actio, quæ competebat ad principale debitum, extincta fuit, per reſtitutionem pretij conuenti. deciſ. 24. num. 2. fol. 19.

ADOLESCENS luxurioſus, ſi alicui mandet, vt pro meretrice fideiubeat, & is ſciens, mandatum acceptauerit, non habebit mandati actionem. deciſ. 15. num. 2. fol. 14.

AESTIMATIO mala à Iudice corrigitur alijs adhibitis æſtimatoribus. deciſ. 51. num. 27. fol. 38.

ALLEGANTI incumbit onus probandi. deciſ. 19. nu. 2. fol. 16.

ALERE qui tenetur, medicinas quoque ſubminiſtrare aſtringitur. deciſ. 40. num. 3. fol. 29.

AMISSIONEM ſcripturæ prætendens, quando ad iuramentum admittantur. deciſ. 57. nu. 3. fol. 41.

ANGELVS *conſ.* 31. declaratur volens inuentarium in propria obligatione hęredi non prodeſſe, & ſub num. 15. deciſ. 34. nu. 11. fol. 26.

ANTERIORA debita quãdo prius per delegatum ſint ſoluenda, an vero ſolutio poſſit fieri creditoribus deſcriptis in apoca. deciſ. 18. num. 1. fol. 15.

ANVLVM inueniens, an à domino ipſius poſſit petere aliquam recognitionem. deciſ. 32. nu. 1. fol. 24.

ARBITRATOR, ſi arbitratur, pars debet eſſe præſens. deciſ. 9. nu. 3. fol. 7.

ARTIFEX, qui menſam accomodauit extra limites ſtationis, & vbi eſt tranſitus frequens, de ſe ipſo quærat, non de alijs, ſi vaſa fracta reperiantur. deciſ. 20. nu. 2. fol. 17.

BA-

## B

BAIVLVS tranſiens oneratus, per lubricum cadens, ſi vaſa vitrea confregit, ad quid teneatur. deciſ. 20. num. 1. fol. 16.
BENEPLACITVM, & ſuſpenſio officio finito, finitur. deciſ. 53. n. 1. fol. 38.
Beneplacitum ſub commemoratione dignitatis non expirat finito officio. deciſ. 56. nu. 3. fol. 40.

## C

CALDARIA ſi venduntur ad pondus, non ponderantur cum ipſis manici ferrei. deciſ. 59. nu. 1. fol. 41.
CASVS fortuiti damnum, an ſpectet ad recipientem in ſe opus, an vero ad Dominum. deciſ. 2. nu. 2. fol. 2.
Caſus omiſſus à ſtatuto, remanet ſub diſpoſitione iuris communis. deciſ. 12. num. 13. fol. 12.
CAVPO poteſt cogi hoſpitari forenſes, limita num. 3. niſi expectaretur Ambaſciator, aut inſignis perſona. deciſ. 29. num. 1. fol. 21.
Caupo non tenetur hoſpitari ſuſpectum de fuga, vel ſi haberet maximam quãtitatem forenſium. deciſ. 29. num. 2. fol. 22.
CAVSA ſi leuis eſt, & breuis, ſtatur Iudicis relationi, & informationi. deciſ. 55. num. 2. fol. 39.
Cauſa cognita, factum dicitur decretum, ſi partes ſint præſentes. num. 3. ibidem.
Cauſa ſi leuis eſt, non eſt neceſſaria ſolemnitas actorũ, & Iudex poteſt fungi officio Notarij. n. 5. ibidem.
CAEMENTARIVS Faber cui nõ eſt data operis cuſtodia, ſed opus, non tenetur de periculo. deciſ. 2. num. 5. fol. 2.
CITATIO ſemper eſt neceſſaria, vbi agitur de præiudicio partis. deciſ. 9. num. 1. fol. 7.
CLAVSVLAE, ſola facti veritate inſpecta, virtus, & operationes, & ſub num. 4. deciſ. 7. nu. 2. fol. 5.
CLOACAE purgari non debent tempore æſtiuo. deciſ. 26. num. 2. fol. 20.
COMMODANS rem, eam petere non poteſt intempeſtiuè, ſed niſi vſu finito. deciſ. 28. nu. 1. fol. 21.
CONDEMNATIONE facta ſuper principali, non poteſt agi ad vſuras. deciſ. 24. num. 5. fol. 19.
CONDITIO habetur pro impleta, ſi non ſtetit per eum, qui adimplere tenebatur, quominus non adimpleuerit. deciſ. 1. nu. 3. fol. 1.
CONFESSIO quando ſcindi non poſſit. deciſ. 34. num. 14. fol. 26.
CONSENSVS eſt de ſubſtantia venditionis. deciſ. 23. n. 5. fol. 18.
CONVENTIO, ſi eſt facta per viã ſimplicis recognitionis, non operatur remiſſionem inuentarij. deciſ. 34. num. 15. fol. 26.

CRE-

Google

CREDITOR, per receptionem ſortis præiudicat ſibi in acceſſorio. deciſ.24. num.7. fol.19.

CVMVLATIO petitorij, cum poſſeſſorio, quando fieri poſſit. deciſ.7. num.4. fol.5.

CVSTODIAM rei, qui habet, ex magna vi excuſatur, ſecus ſi pecuniam, & mercedem, pro cuſtodia receperit, nam tunc de periculo rei ob cuſtodiam non adhibitam, non tenetur. deciſ. 36. num.3. fol.27.

Cuſtodiam rerum qui habet, tenetur de earum perditione. deciſ. 60. num.1. fol.42.

## D

DAMNVM, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare. deciſ.20. nu.4. fol.17.

DANS operam rei licitæ, non punitur. deciſ.3. num.2. fol.3.

DEBITOR poteſt frumentum vendere, ſi tempus conuentum ſit elapſum. deciſ.11. nu.1. fol.8.

Debitor frumenti tenetur illud reſtituere in eadē bonitate. n.4. ibid.

Debitor petens eleemoſinam à creditore, an videatur fateri debiti ſatisfactionem. deciſ. 13. num.1. fol. 12.

Debitor ſuſcipiens terminum, videtur agnouiſſe debitum, & renunciatum cuilibet exceptioni, etiam compenſationis. deciſ. 14. num.1. fol.13.

Debitor carceratus eſt alendus à creditore, & ab ipſo expenſæ ſunt faciendæ. deciſ. 46. nu.2. fol. 32.

Debitorem ſoluiſſe ante tempus conuentum non præſumitur. deciſ.19. num.2. fol.16.

DEBITVM agnitum, nequit amplius reprobari. deciſ.14. num.3. fol. 13.

Debitum ſoluens poſterioribus, dum ſciebat eſſe anteriores, male ſoluit, ſecus ſi bona fide ibi nu.4. deciſ 18. num.3. fol.16.

Debitum principale, ſi reus ſoluat, antequam ad acceſſorium actum ſit, ceſſat petitio pro intereſſe acceſſorio. deciſ.24. num.4. fol.19.

DECLARATIO, quando dicatur facta taxatiuè, & quando demonſtratiuè. deciſ. 18. num.2. fol.15.

DIFFICVLTAS ſuperueniens, committi pœnam impedit. deciſ. 16. num.7. fol.14.

DILATIONEM petens, an teneatur cauere. deciſ.17. nu.2. fol.15.

Dilatio, ſeu terminus ad ſoluendum datus à lege, abbreuiari an poſſit. deciſ.35. nu.2. fol.27.

Dilatio cōceditur debitori, præſtita cautione idonea ſatisfaciēdi poſt dilationem. deciſ.62. n.3 fol.43.

DOMINIVM probatur ex ſigno, & marcha. deciſ.,8. nu.4. fol.33.

DOMVS, ſi fuit emptori oſtenta cum vitreatis, illæ quoq; venire debent. deciſ.31. num.5. fol. 23.

DONATIO non præſumitur. deciſ.34. num.3. fol.25.



Google

## E

EMPTOR, quando à venditore poſſit conſequi cum pretio, damna & intereſſe, quod eſt quãti plurimi, quando res vendita ſuo tempore non conſignatur. deciſ. 16. num. 1. fol. 14.

Emptor deceptus agit ad intereſſe. deciſ. 23. num. 3. fol. 18.

Emptor ouorum, quando teneatur de periculo, & fractura ipſorum. deciſ. 36. num. 1. fol. 27.

Emptor quo pretio teneatur ſoluere frumẽtum venditum. deciſ. 37. num. 1. fol. 28.

Emptor ſecundus pellium, qui illas marca ſua ſignauit, præfertur primo emptori. deciſ. 48. num. 1. fol. 33.

Emptor ſecundus, cui res fuerunt traditæ præfertur primo. n. 3. ibid.

Emptor qui retinuit rem per annum, & non declarauit ſuam diſplicentiam, an audiri poſſit, ſi rem venditori reſtituendam eſſe inſtet, ex quo ſit vitioſa. deciſ. 49. num. 1. fol. 34.

EQVVS, ſi fuit oſtenſus ſine ſella, & fræno, non tenetur venditor equi illam, & illud tradere. deciſ. 31. num. 4. fol. 23.

Equi venditor tenetur eum tradere ita ornatum, vt oſtendit. n. 1. ibid.

Equo vendito venit ſella, & frænum, niſi expreſsè ſint exceptua- ta num. 2. ibidem.

ERROR excludit conſenſum. deciſ. 23. num. 1. fol. 18.

EXCEPTIO firmat regulã in alijs. deciſ. 12. num. 14. fol. 12.

EXECVTORES poſſunt à Iudice mitti ad domum artificis, aliquibus concurrentibus. deciſ. 45. num. 1. fol. 31.

EXECVTIO, ſeu pignoratio non ſuſpenditur, ſi debitor agnouerit debitum, per ſuſceptionem termini. deciſ. 14. num. 2. fol. 13.

EXHIBERE recuſans tenetur ad damna, & intereſſe. deciſ. 57. n. 2. fol. 41.

EXHIBITIO eſt facienda, docto de exiſtentia, & intereſſe ibidem num. 1. fol. 40.

EXPENSAE modicæ, ex quibus probentur. deciſ. 39. n. 1. fol. 29.

Expenſis vtriuſq; partis actus conſumatur, ſi Iudex ex officio procedit. deciſ. 44. num. 2. fol. 31.

Expenſæ ſunt communes, ſi vtilitas eſt communis. deciſ. 46. nu. 3. fol. 32.

Expenſæ præſtantur ab eo, qui petit aliquem remitti ad talem locum. num. 4. ibidem.

Expenſæ ſunt faciendæ de bonis malefactoris, niſi tamen malefactor non eſſet ſoluendo. n. 1. ibid.

## F

FABER cæmentarius, quando teneatur reficere opus, ſuis expenſis. deciſ. 2. num. 1. fol. 2.

Fa-

Digitized by Google

Fabri cæmentarij deijcientes in terram trabem, ſi fregerunt tabulatum ſupra apothecam poſitum, tenentur ad damnum inſolidum. deciſ.33.num.1.fol.24.

FAMVLVS, qui vas fregit, operans de mandato domini, non eſt in culpa, nec tenetur. deciſ.3.nu.1. fol. 3.

Famulus, qui pro certo tempore ſeruire promittit, conſequi non poteſt mercedem, niſi tranſacto tempore. deciſ. 63.nu.1.fol.44.

FASCIVM pretium, quando conſideretur ad rationem quanti plurimi valuerunt de tempore moræ. deciſ.24.num.1.fol.19.

FAVOR filiorum eſt perſonalis. deciſ.12.num.9.fol.11.

FAETIDAS artes exerceri in Ciuitate, an poſſit prohiberi. deciſ.26.num.1.fol.20.

FERAE, cum ſint in nullius bonis, occupanti conceduntur, deciſ.27. num.4.fol.21.

FIDEIVSSOR, ſi non ſit idoneus, pars ſibi imputet, quia citata, & præſens nihil dixit, immò acquieuit. deciſ.22.num.2.fol.18.

Fideiuſſorem non idoneum, Notarius recipiens de Iudicis mandato, non tenetur. num.3. ibid.

Fideiuſſorem eſſe minus idoneum fruſtra diſputatur, ſi pars nullum damnum ſentiat. num.5. ibid.

FILIVS poteſt à patre, vel matre promitti, & obligari artifici, aliqua taxata operarum mercede. deciſ. 54. num. 1. fol. 39.

FINIS operis, quãdo expectari non poſſit. deciſ.61.num.4. fol.42.

FORTVITI caſus, cum præuideri non poſſint, non in bonæ fidei iudicio præſtantur. deciſ. 16.nu. 3. fol. 14.

FRVCTVS poſſunt æquis pretijs taxari, ne Annona oneretur. deciſ.37.num.2. fol.28.

FVNDI dominus contra venatorem poteſt agere actione iniuriarum, eo quod prohibitus, ingreſſus eſt alienum fundum. deciſ.27. num.2.fol.21.

## H

HAERES non promitteret debitum teſtatoris, niſi titulus hereditarius præcederet. deciſ. 34. num. 1.fol.25.

Hæres, ſi interrogatus fuiſſet, an debitum teſtatoris ſoluiſſet, ſi hæres fuiſſet, negatiuè, reſpondiſſet. num.2. ibidem.

Heres, quòd voluerit iuri ſuo, quod tot laboribus, & expenſis quæſiuit renunciare, non eſt veriſimile. num.5. ibidem.

Hæres, quòd voluerit ſe in plus obligare, quam ipſe prius fuerit obligatus, non eſt credendum. nu.6. ibidem.

Hæres nouando actionem hæreditariam, de proprio tenetur. n. 12. fol.26. ibidem.

Hæres, ſi ſe obligat, cum propria

††† obli-

obligatione, vti hæres cum beneficio legis, & inuentarij, non tenetur vltra vires. num. 13. fol. 26. ibidem.

## I

IACTARE velle ſuum, nemo præſumitur. deciſ. 34. num. 9. fol. 16.
IMPEDIMENTVM iuramento probatur. deciſ. 1. num. 4. fol. 1.
Impedimentum iuſtum excuſat à culpa, & mora. deciſ. 16. num. 6. fol. 14.
IMPEDITO, promiſſa adimplere intra ſtatutum tempus, caſu, & vi cœleſti, competit reſtitutio in integrum. deciſ. 16. num. 2. fol. 14.
IMPOSSIBILE. Ad impoſſibile nemo tenetur. deciſ. 51. num. 7. fol. 36.
INSOLIDVM tenetur ille, qui ex pluribus vendentibus, ſolus in Ciuitate remanſit, ſi piſces venditi corrupei reperiātur. deciſ. 32. num. 3. fol. 24.
INTERESSE. Ius ad intereſſe tanquam acceſſorium, ſublatum cenſetur, principali ſublato. deciſ. 24. num. 3. fol. 19.
IRA, & primus impetus, quando excuſationem habeant. deciſ. 38. num. 4. fol. 28.
IVDEX ordinarius dilationem, modicam tamen, debitori concedere debet, alias dicitur grauare. deciſ. 17. num. 1. fol. 15.
Iudicis officium mercenariū, quando extinguatur. deciſ. 24. num. 6. fol. 19.
Iudex, terminum iuris inductum à lege miſerationis cauſa, tollere non poteſt, ſed ex cauſa. deciſ. 35. num. 1. fol. 27.
Iudex poteſt eos punire, qui coram ipſo ſe iniuriant, & immoderatè loquuntur. deciſ. 38. nu. 3. fol. 28.
Iudex poteſt partes cogere, vt tertium eligant. deciſ. 51. num. 11. fol. 36.
Iudex poteſt peritorum relationes emendare. nu. 28. fol. 38. ibidem.
Iudicis auctoritas eſt maxima in cauſis leuibus. deciſ. 55. num. 4. fol. 39.
Iudex tenetur debitori dilationem, tamen modicam petenti concedere. deciſ. 62. num. 2. fol. 43.
IVLIVS Sacchettus S.R.E. Cardinalis Ampliſſ. & Bononiæ de Latere Legatus, laudatur. deciſ. 7. num. 1. fol. 5.
IVRAMENTO illius, in cuius præiudicium lacerata eſt ſcriptura, ſtatur contra lacerantem, de contentis in ipſa. deciſ. 38. num. 5. fol. 29.
Iuramentum, an ſit ſufficiens probatio circa expenſas factas. deciſ. 39. num. 2. fol. 29.
Iuramento litis deciſiuo oblato, an poſſit offerens re integra ad reſtes recurrere. deciſ. 58. num. 1. fol. 41.

LA-

Google

## L

LACERANS ſcripturam coram Iudice, qua pœna puniatur. deciſ. 38. num. 1. fol. 28.

LEGATA omnia promittens ſoluere intelligitur, quatenus teneatur, & ſaluo beneficio inuentarij. deciſ. 34. num. 8. fol. 25.

LEGATARIO, cui fuerunt relicti currus 2. lignorum, vel lib. 12. quolibet anno, ſi hæres per duos annos dedit ligna, an poſſit variare dando pecunias deciſ. 50. nu. 1. 2. fol. 34.

*L. 1. §. licet, ff. de peric. & comm. rei vend.* extenditur etiam ad frumentum. deciſ. 11. nu. 1. fol. 8.

*L. in omnibus 41. ff. de iudic.* non habet locum, niſi cum cauſæ cognitione. deciſ. 17. nu. 3. fol. 15.

*L. 1. C. de iudic. & l. cum ſtipulati ſumus, ff. de verb. oblig.* loquuntur quando intereſſe expreſsè deductum, in ſtipulatione petitur, ſecus quando debetur officio Iudicis mercenario. deciſ. 24. nu. 8. fol. 19.

LIBERALIS nemo in neceſſitatibus exiſtit. deciſ. 4. nu. 2. fol. 3.

LICENTIA, forenſibus, piſces Bononiæ inuehentibus, all'ingroſſo, eſt concedenda, & de ratione, ibi. deciſ. 10. num. 1. fol. 7.

Licentia durat finito officio, & quando, vide ibi. deciſ. 56. nu. 1. fol. 40.

LOCANS operas ad aliquod opus perficiendum, intelligitur vſq; ad perfectionem; nec prius merces debetur, niſi talis eſſet pauper. deciſ. 21. num. 4. fol. 17.

Locans operas ſuas per integrum tempus, ſalarium conſequitur, ſi per eum non ſtetit quominus pręſtarentur, vbi amplia, & limita. deciſ. 1. num. 1. fol. 1.

LOCATIO tacita intelligitur cum iiſdem pactis, penſione, & obligationibus. deciſ. 5. nu. 3. fol. 4.

LOCATORES operarum tenentur incumbere ad laborerium de mane ad veſperas tantum, & non vltra. deciſ. 6. num. 1. fol. 4.

Locatori operarum, non debetur merces, ſi opus non expleuerit. deciſ. 21. num. 1. fol. 17.

## M

MAGISTRATVS habet facultatem ſtatuendi pro tempore eius officij. deciſ. 56. nu. 2. fol. 40.

Magiſtratus Tribunorum Plebis Bononiæ, nedum criminaliter, ſed ciuiliter etiam procedendi, facultatem habet. deciſ. 62. nu. 1. fol. 43.

MARITVS, qui alere tenetur vxorem, medicamenta quoq; tenetur præſtare. deciſ. 40. nu 1. fol. 29.

Maritus, qui veſtem tenetur facere vxori, ſi vnam emat pro ſcutis 12. & decipiatur ab Vxore, quia ipſa venditori promittat 20. an te-

teneatur perfecto contractu ad reſiduum pretij, cum Vxore conuenti. deciſ. 52. nu. 1. fol. 38.

MATER ſuccedit filio cum fratribus defuncti vtrinq; coniunctis. deciſ. 12. num. 1. fol. 10.

Mater, ſtante *Statuto Bononia, de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & coll. §. qua vidua, & §. ipſi quidem*, in ſucceſſione filij admittitur ad portionem vſusfructus tantum, donec vixerit, & ad alia vora non tranſierit. num. 2. ibidem.

Mater excluſa à ſtatuto, an poſſit petere legitimam. nu. 3. ibidem.

Mater tranſiens ad ſecundas nuptias in proprietate non ſuccedit, amplia etiam in patre. num. 4. ibidem.

Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, ſuccedit etiam in proprietate', ſi nulli remaneant ex primo matrimonio filij, & de rationibus, ibi, & ſub nu. 9. num. 5. ibidem.

Mater non cenſetur excluſa à ſtatuto. nu. 15. fol. 12. ibidem.

MEDICAMENTA veniunt appellatione alimẽtorum. deciſ. 40. num. 2. fol. 29.

MORA, quando dicatur à debitore purgata. deciſ. 11. nu. 5. fol. 8.

MVTVVM, ob turpem cauſam contractum eſt à lege improbatum, & non parit actionem. deciſ. 15. num. 1. fol. 13.

## N

NOTARIVS recipiens fideiuſſorem minus idoneum, tenetur de proprio. deciſ. 22. num. 1. fol. 18.

Notarius recipiens fideiuſſorem minus idoneum, non tenetur, ſi principalis eſt idoneus. num. 4. ibidem.

NOVATIO non præſumitur, niſi probetur. deciſ. 34. nu. 16. fol. 26.

## O

OBLATIO debitoris ſuſpecta, & vitioſa, ac tempore incongruo facta, non releuat. deciſ. 11. num. 6. fol. 8.

OPERAS præſtitas fuiſſe lex fingit, ſi per locantem non ſteterit, quominus præſtarentur, ſed ob contingens impedimentum. deciſ. 1. num. 2. fol. 1.

OPVS in ſe recipiens, de qua culpa teneatur. deciſ. 2. nu. 4. fol. 2.

Opus faciendum, qui ſuſcepit ad menſuram, debet prius feciſſe, quam poſſit mercedem petere. deciſ. 61. num. 1. fol. 42.

## P

PATRVI appellatione, in materia ſtatutorum, non venit patruus magnus. deciſ. 12. num. 12. fol. 12.

PAV-

PAVPER non præſumitur gratis præſtare operas. deciſ. 4. num. 1. fol. 3.
Pauper in neceſſitatibus liberalis non exiſtit. deciſ. 34. n. 10. fol. 26.
Pauper, qui ſuis laboribus victum ſibi quærit, poteſt ante finem operis mercedem petere. deciſ. 61. num. 2. fol. 42.
POENAE quæ infliguntur mulieribus ſecundo nubentibus fauore filiorum primi matrimonij, ceſſant, illis morientibus, & an iſtæ pœnæ dici poſſint, vel potius prouiſiones; vbi vide, & ſub num. 9. verſ. non obſtat. deciſ. 12. nu. 7. fol. 11.
PERICVLO, qui ſe ſubiecit, ſibi eſt imputandum. deciſ. 20. nu. 3. fol. 17.
PERITIA ſemper poteſt corrigi per magis peritum. deciſ. 51. nu. 14. fol. 37.
PERITI æſtimatores non debent mitti ad æſtimandum, parte abſente, ſed citatio debet præcedere. deciſ. 9. num. 4. fol. 7.
Periti æſtimatores debent, antequam referant, vel æſtiment audire partes. ibidem, nu. 2.
Peritorum electio, non ad Iudicem, ſed ad partes pertinet, niſi in caſu diſcordiæ, vel abſentiæ, amplia procedere in tertio. deciſ. 51. n. 1. fol. 35.
Periti debent eſſe de confidentibus partium. num. 2. ibidem.
Peritis electis, & eorum relationibus eſt ſtandum. num. 3. ibidem.
Periti debent ante omnia iurare; limita, niſi ſemel à principio tales iuraſſent, vel concorditer electi fuiſſent à partibus, quo in caſu iurant de credulitate. num. 4. ibidem.
Periti non debent referre, ſi partes non audierint. deciſ. 51. num. 5. fol. 36.
Peritis, vt ſtetur, duo eliguntur, & an vnus ſufficiat, ſi alij inueniri non poſſunt. num. 6. ibidem.
Peritus vnus non ſufficit in rebus arduis. num. 8. ibidem.
Periti ſi arbitrati non fuerint, alij poſſunt adhiberi. num. 9. ibidem.
Peritis diſcordantibus, tertij periores ſunt eligendi. n. 10. ibidem.
Periti ſunt quaſi Iudices, non proprie teſtes. num. 13. ibidem.
Periti. In peritis eſt magis iudicium, quam teſtimonium. deciſ. 51. num. 15. fol. 37.
Periti adhibentur ad iudicandum ſecundum peritiam artis ſuæ. nu. 16. ibidem.
Periti tanquam arbitratores admittuntur ad æſtimandum. n. 17. ibidem.
Periti appellantur arbitri. nu. 18. ibidem.
Peritis ſtatur, niſi de contrario doceatur; ſtatur tamen Iudicis arbitrio. num. 19. ibidem.
Peritis magis creditur in concernentibus eorum artem, quam alijs, qui de eo, de quo quæritur,

non

non ſunt verſati. nu. 20. ibidem.
Peritorum, maiori parti ſtatur. num. 21. ibidem.
Peritis rationem reddentibus magis creditur, quam alijs, & eis, qui veriſimiliora dicunt. num. 22. ibidem.
Periti, ſi diſcordent, peritioribus eſt ſtandum. num. 23. ibidem.
Peritis dicentibus morbum adeſſe, magis creditur. num. 24. ibidem.
Peritorum iuditia nunquam tranſeunt in iudicatum. nu. 25. ibid.
Peritorum relationes Iudex ſequi non tenetur, & aliundè poteſt de veritate relationis perquirere. deciſ. 51. nu. 29. fol. 38.
PETENS actum fieri, expenſas illius ſoluere tenetur, etiam quòd vtilitas ſecundario redundaret alteri parti. deciſ. 44. nu. 1. fol. 31.
PLVVIA magna dicitur caſus fortuitus. deciſ. 2. num. 3. fol. 2.
Pluuia magna, caſus fortuitus dicitur. deciſ. 16. num. 4. fol. 14.
Pluuia, vectoribus iuſtum in itinere, impedimentum præſtat. nu. 5. ibidem.
PONDERIBVS falſis, qui vtens, rem emit, non poteſt emptionem retractare. deciſ. 41. n. 1. fol. 30.
PRAESVMENDVM non eſt, hæredem voluiſſe renuntiare beneficio ex legis diſpoſitione ſibi competenti. deciſ. 34. n. 4. fol. 25.
PRETIVM frumenti venditi à debitore, de quo tempore conſideretur. deciſ. 11. num. 3. fol. 8.
PRIVATVS ſemel, ſemper remanet talis. deciſ. 12. nu. 8. ſol. 11.
PROHIBITIONES pœnales non expirant, finita adminiſtratione. deciſ. 56. num. 4. fol. 40.
PROMISSIO etiam iurata, ſemper intelligitur, rebus ſic ſtantibus. deciſ. 1. num. 5. fol. 2.
Promiſſio quando intelligatur de anno currenti, an verò de emergenti. deciſ. 25. num. 1. fol. 20.
Promiſſio ſemper eſt intelligenda, ſaluo beneficio ſibi competenti. deciſ. 34. nu. 7. fol. 25.
PROMITTENS ſoluere de tali die, intelligitur de artificiali, quia ſolutio de nocte fieri non debet. deciſ. 6. num. 3. ſol 5.
Promittens vnam caſtellatam vuarum, ſi vi tempeſtatis vuę pereunt, emptor tenetur expectare, donec in alio anno iterum naſcantur. deciſ. 30. num. 1. fol. 22.
PRONVNTIA, quæ ſecum trahit executionem, durat etiam finito officio. deciſ. 56. num. 5. fol. 40.

## R

REDHIBITORIAE pro re vitioſa non eſt locus, ſi vitium eſt patens ad oculum, ſecus ſi vitium non ſit patens. deciſ. 47. num. 1. fol. 32.
RELOCATIO tacita intelligitur cū iiſdem pactis, penſione, & obligationibus. deciſ. 5. nu. 1. fol. 4.

De

De RENOVATIONE locationis dicitur conſtare, ſi locator ſit in poſſeſſione præſtandi operas. deciſ.5. num.2. fol.4.
RES inter alios acta facit præſumptionem. deciſ.9. num.5. fol. 7.
Res, de facili ad naturam ſuam reuertitur. deciſ.12. nu.6. fol.11.
RETIA tendere in alieno non poſſumus, ſine licentia domini. deciſ.27. num.3. fol.21.
REVS ſuam exceptionem probare tenetur ampliſſimè. deciſ.19.n.3. fol. 16.

## S

SALARIVM, vt debeatur locatori operarum, quæ extrema ſint probanda. deciſ.4. num.3. fol.3.
Salarium procuratori non debetur, niſi finita cauſa. deciſ. 21. num. 3. fol. 17.
Salarij cauſa eſt ſummaria. deciſ. 55. num.1. fol.39.
Salarium pro rata ſeruitij debetur. deciſ.63. num.2. fol.44.
SARTOR, & pelliparius debent prius opus perficere, quam mercedem petere. deciſ.61. num. 3. fol.42.
SCRIBERE librum promittẽs, hoc extenditur ad diem artificialem, quia de nocte ſcribere non debet. deciſ.6. num.2. fol.5.
SENTENTIA lata ex relatione peritorum, nunquam tranſit in iudicatum. deciſ.51.n.26.fol.37.
SIGNVM appoſitum in rebus, importat ipſarum traditionem. deciſ.48. num.2. fol.33.
SOLVENS indebitè, poteſt repetere. deciſ.8. num.1. fol. 6.
Soluens indebitè, quando cenſeatur donare. num.3. ibidem.
SOLVISSE indebitum prętendens, hoc debet probare. deciſ.8. nu.2. fol. 6.
SOLVTVM repetit ille, qui facit, quòd dominus abſq; dubio feciſſet. deciſ.32. num.2. fol.24.
STATVTVM in Ciuitate, dicitur ius cõmune. deciſ. 12. nu. 10. f. 11.
*Statutum Bononiæ ſub rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collat.* mandat matrem ſuccedere filio in vſufructu tantum, non in proprietate, etiamſi ſit vidua, & quomodo, ibi vide. deciſ. 12. nu. 11. fol. 12.
Statutum, ſeu decretum forenſibus prohibens piſces in Ciuitate inuehentibus, illos vendi all'ingroſſo, dicitur contra publicam vtilitatem. deciſ. 10. ſub num. 1. ſub verſ. & concedendam fol.7.
SVCCESSOR in Magiſtratu iuris interpretatione, cenſetur eadem perſona, cum ſit idem Tribunal. deciſ.56. num.6. fol.40.

## T

TEMPVS, quando aſcriptum ſit cauſa artificij, non pro forma. deciſ.63. nu.3. fol.44.

TER-

TERTIO etiam diſcordanti, ſtatur. deciſ. 51. num. 12. fol. 36.

TORQVIS aurea, ſi in pado ceciderit, culpa alterius, damnum ſpectat ad eum, qui cauſam damni dedit, non ad dominum, cui datur actio in factum. deciſ. 42. nu. 1. fol. 30.

## V

VENATOR, quando teneatur ad conſignationem leporum captorũ in alieno. deciſ. 27. n. 1. f. 21.

VENDITIO valet, ſi in materia, vel in ſubſtantia erratum non ſit, licet in bonitate, & qualitate erretur. deciſ. 23. num. 2. fol. 18.

Venditio eſt nulla, ſi vna res pro alia tradatur, & dolus interueniat. num. 4. ibidem.

Venditio, all'ingroſſo, forenſibus piſces in Ciuitate inuehentibus, eſt licita. deciſ. 10. ſub n. 1. fol. 7.

VENDITOR non poteſt, ſequuta venditione, mutare ornamenta equi, ſed eatenetũr dare, quæ à principio equus habebat. deciſ. 31. num. 3. fol. 23.

Venditor, quando teneatur de periculo rei venditæ. deciſ. 36. n. 2. fol. 27.

VERBA, *vti hæredem*, quãdo ſtent demonſtratiuè, & quando ſuppoſitiuè. deciſ. 34. nu. 17. fol. 26.

Verba, & leges debent intelligi ſecundum conditionem perſonarum. deciſ. 61. num. 5. fol. 42.

VIA probationis per teſtes electa, an poſſit recurri ad iuramenti delationem. deciſ. 58. nu. 2. fol. 41.

VITIVM patens non tenetur venditor denunciare. deciſ. 47. nu. 2. fol. 32.

VSVFRVCTVARIA, an poſſit vendere mobilia, in quibus habet vſumfructum, vt ponat pretium ad honeſtum lucrum; & pro affirmatiua concluditur, cum ratione ibi expreſſa. deciſ. 43. nu. 1. fol. 31.

VTILITAS, ſi eſt communis, & expenſa quoq; communis eſſe debet. deciſ. 44. num. 3. fol. 31.


DE-

# DECISIONES
## Ampliſſimi Magiſtratus Tribunorum Plebis Bononiæ

Io. Baptiſtæ Gargiarei I.V.D. ac in Patria publici Maleficiorum Interpretis, & Aduocati.

*SVMMARIVM.*

1 *Locans operas ſuas per integrum tempus, ſalarium conſequitur, ſi per eum non ſtetit quominus præſtarentur. vbi amplia, & limita.*

2 *Operas præſtitas fuiſſe lex fingit, ſi per locantem non ſteterit, quominus præſtentur, ſed ob contingens impedimentum.*

3 *Conditio habetur pro impleta, ſi non ſtetit per eum, qui adimplere tenebatur, quominus non adimpleuerit.*

4 *Impedimentum iuramento probatur.*

5 *Promiſſio etiam iurata, ſemper intelligitur rebus, ſic ſtantibus.*

### DECISIO I.

Quidam molitor habebat famulum, qui cum ipſo ſtetit, proprias operas locando per [illegible] menſes, Volebat famulus recedere, prout receſſit è ſeruitio, petebat ſalarium. Molitor autem reſpōdebat, ipſum ſalariatum ſtetiſſe multos dies, in quibus non potuit inſeruire, ob retentionem aquarum; ideo circa illud tempus non teneri.

Reſolutum fuit, molitorem teneri ad ſalarium etiam per tēpus,
1 in quo non potuit inſeruire, quia † nō ſtetit per ipſum famulum, quominus operas ſuas præſtaret, ſed per retentionem aquarum, eſt tex. in *l. ſed addes 21. §. cum quidam. l. qui operas. l. ſi vno, §. cum quidam. l. ſi in lege, § ſi domus. & l. dominus horreorum, §. fi. ff locat* quos adducit *Canal. deciſ.* per me allegat. *in meo conſ 95. num. 158. lib. 1. Addo Myſing. decad. 14. reſp. 9.* qui num. 5. ponit, quòd
2 ex æquitate, tunc lex † fingit operas præſtitas fuiſſe, quando non ſtat per locatorem, quominus eas præſtet, ſed ob contingens impedimentum, ex Bartolo, & Natt. Hinc ipſe dicit, ex I.C. quoties, per eum,
3 cuius intereſt, conditionē † impleri, ſtat, quominus impleatur, proinde haberi, ac ſi impleta fuiſſet, & etiam *num. 7.* poſt multos ibi allegatos. *Aldobrand. lib. 2.* & ex quacūque cauſa impeditus, dummodo non culpa ſua. *conſ. 5. num. 16. 17. 18. & 19.* Ad prædicta videndi sūt *Rot. in recent. p. 1. deciſ. 493. nu. 4. in fin. Burat. deciſ. 5. num. 13. & deciſ. 79. num. 12. in addit. Oſaſc. deciſ. 98. num. 2. Paul. de Caſtr. in l. ſi vehenda 10. ff. ad legem Rhod. de iact. num. 3. Butrig. in l. qui operas 41. ff. loc. Puteur. in rubr. de off. aſſeſſ. ſub nu. 195. Nepit. in conſ. Caten. de dupl. ar. tit. 39.*
4 *num. 6.* qui dicit, † impedimentum

iuramento probari, attenta qualitate perſonæ, & ea ratione dicitur
5 locator excuſari, quia quælibet † promiſſio, & obligatio etiam iurata, intelligitur rebus ſic ſtantibus, & aliquo de nouo non ſuperueniēte, niſi obligatio conditionaliter fuiſſet contracta, quod ſalarium deberetur, ſi operæ præſtarentur. *Add. ad dict. Burat. deciſ. 79. nu. 14.*

*SVMMARIVM.*

1 *FAber cæmentarius, quandò teneatur reficere opus, ſuis expenſis.*

2 *Caſus fortuiti damnum, an ſpectet ad recipientem in ſe opus, an verò ad dominum.*

3 *Pluuia magna dicitur caſus fortuitus.*

4 *Opus in ſe recipiens, de qua culpa teneatur.*

5 *Cæmentarius faber, cui non eſt data operis cuſtodia, ſed opus, non tenetur de periculo.*

## DECISIO II.

QVidam meus amicus beneuolus concordato pretio cum fabto cementario, pontem conſtruere fecerat, ſuper foſſato vnius poſſeſſionis propriæ, & poſtea ornari fecit eum lapidibus marmoreis, ab altero.

Euenit, quòd pluuiæ magnæ, & pòdus lapidum (vt ſupponebatur) pontem fregerunt, dubitabatur, an faber cæmentarius teneretur de nono pontem conſtruere.

Partes venerunt ad me vti Iudicem Trib. Plebis, vt quæſtionem deciderem.

1 Dixi, dictum † cæmentarium nō ampliusteneri pontem conſtruere, cum in culpa non ſit, vt ex text. *l. opus 39.* & ibi Doctores *ff. locati.* eſt
2 enim † caſus fortuitus, cuius damnum non recipienti in ſe opus, ſed domino ſpectat; vt poſt text. in *l. quæ fortuitis, C. de pign. act. & l. cum duobus, §. damna, §. pro ſoc.* in terminis ſentit *Neguſ. reſp. q. 150. nu. 10.*
3 *& ſeqq.* pluuiæ † enim, & aquarum multitudo caſui fortuito aſcribuntur. ibid. *Aldoun. conſ. 19. num. 59.* & in ſimili de inundatione aquarum, reſpondit *Morot. conſil. 35 fol. 231.* de nimia autem pluuia idem iudicatur, quòd de caſu fortuito. *l. fiſtulas 78. §. fin. ff. de contrahen. empt.* immò dicit idem *Neguſ.* ibi *num. 14.* etiam ſi aliqua præceſſiſſet
4 culpa, † nihilominus, cum non eſſet ordinata ad caſum poſtea contingentem non videtur obligare, & adducit tex. in *l. 2. §. ſi non propter, ff. quis caut. & ibi DD.* Et prædicta etiam ſi talis ſuſcepiſſet in ſe periculum operis, nam de caſu fortuito non teneretur. *Fulgoſ. in l. opus quod, num. 1. ff. loc. & con.*

5 Præterea cum † cæmentario non ſit data cuſtodia operis, ſed opus, non tenetur. *Paul. de Caſtr. in l. opus num. 2. ff. loc.*

Et quod, vbi quis opus conſtruēdū ſuſcipit, ſi caſu fortuito corruptū ſit, redemptor operis nō teneatur. eſt tex. in *l. Marcus, ff. loca.*

*SVMMARIVM.*

1 *FAmulus, qui vas fregit, operans de mandato domini, non eſt in culpa, nec tenetur.*

2 *Dans*

2 *Dans operam rei licitæ, non punitur.*

## DECISIO III.

Seruus mandato domini mouit de loco ad locum vas quidem pretioſum, & cum maximo artificio formatum nuncupat. Mali Autei, & in actu illud mouendi, vti pulnis euanuit; plancta fructus tantum intacta remanente.

Ad me vti Iudicem recurrerunt Trib. Plebis; omiſſa contentione per viam ſtrepitus iudicialis.

1 Abſolui famulũ, quia † id quod fecit, mandato domini fecit, & ideò dignum excuſatione ipſum iudicaui, & ab omni culpa alienum, vt per *gloſ. in l. in rem 24. §. tignum, ff. de rei vend.* communiter approbatam, vt ex multis, conſulnit *Rol. à Vall. 1. conſ. 54. nu. 6. & ſeq.* quod eſt conſilium magiſtrale, defendẽs
2 ſimiles operationes; ſi † enim dant operam rei licitæ, non debent puniri, maximè ſi non doloſè agant. *ibid.* ſequitur ex dicta gloſ. & Rol. cum Dec. Cagnol. & Menoch. *Burſ. 3. conſ. 312. num. 19.*

### SVMMARIVM.

1 *Pauper non præſumitur gratis præſtare operas.*
2 *Liberalis nemo in neceſſitatibus exiſtit.*
3 *Salarium, vt debeatur locaturi operarum, quæ extrema ſint probanda.*

## DECISIO IIII.

Petebat quidam mercenarius ſalarium à domino, cum quo ſteterat, operas ſuas locando per ſeptem menſes.

Fuit à domino oppoſitum, ſalarium non fuiſſe cõuentum, & ideo non deberi; confitebatur tamen dictum locatorem operarum, fuiſſe ſolitum illas locare cum mercede, ſed cum ipſo negabat hoc actum fuiſſe.

Domini condemnarunt dominum ad ſoluẽdum ſalarium, moti,
1 quia † iſte erat pauper, & vilis, ſe ſuſtentans in locatione operarum, quas erat ſolitus locare cum mercede. *Rot. Gen. deciſ. 115. de mercat. num. 6.* nec ideò eſt præſumendum, quod ipſe voluerit gratis operari.
2 *ibid. num. 4.* in † neceſſitatibus enim nemo liberalis exiſtit. *l. rem legatã ff. de adim. leg.*
3 Item, quia dictus conductor † erat ſolitus ſimiles operas conducere, pariter cum mercede; requiſita neceſſaria pro habẽdo, & conſequendo ſalario. *Put. deciſ. 43. lib. 2. Rot. in nouiſſ. diuerſ. p. 1. deciſ. 559. ſub num. 2. Florez. Diez. var. quæſt. lib. 1. §. 2. num. 1.* vndè dicit *Rota Gen. practi. deciſ. 115. num. 4. in fin. verſ. nam eo ipſo &c.* eo ipſo, quod dominus conducit aliquem ad ſeruitium, ad quod ſolebat conſtituere mercedem, cenſetur conduxiſſe, cum illa mercede conſueta.

Et ſatis videbatur cõſtare de veritate, quia in ſimili opere conductor ſemper habuit operarios ſalariatos, immò eo licentiato, de præſenti alios conducit. argumẽtum à fortiori approbatum à dicta *Rota Gen. ibid. num. 5.*

*SVMMARIVM.*

1 *RElocatio tacita intelligitur cum eiſdem pactis, penſione, & obligationibus.*
2 *De renouatione locationis dicitur conſtare, ſi locator ſit in poſſeſſione præſtandi operas.*
3 *Locatio de nouo, videtur pro mercede ſolita facta.*

DECISIO V.

PEtebat quidam operarius locator ſalarium ad rationem librarum decem pro quolibet trimeſtri, conductor vero dicebat nolle ei ſoluere, & dare, niſi libras ſeptem, licet in primo locationis operarum anno dediſſet dictas libras decem.

Concluſum fuit pro locatore operarum. Nam vltra quòd videmus
1 mus † tacitam locationem renouatam intelligi, cum iiſdem pactis, mercede, ſeu penſionibus. ex *lege item quæritur, §. qui impleto, ff. locati. l. in rebus, §. fin. ff. de præc. Scayn. deciſ. 112. num. 115. & eſt Stat. Bon. de pau. vend. rem al. §. præterea ſtatuimus.* de quo loquitur *Rot. Bonon. ad Statut. deciſ. 20. & deciſ. 80.* vbi dantur aliquæ limitationes, quæ ibi non vigent. Ad prædicta videantur conſt. *Aegid. lib. 2. cap. 26. num. 3. Magon. Flor. deciſ. 140. nu. 2. Ludouiſ. deciſ. 30. nu. 7. in annot. Borgnin. inter diuerſ. deciſ. 44. nu. 77. &*
2 *ſeq. tom. 3.* de qua † conſtare dicitur, ſi locator operarum poſſideat. *Maſcard. de prob. concl. 990. num. 12. vol. 2.* aſſiſtit etiam locatori, lo-
3 cationem † intelligi renouatam, vel factam cum ſolita penſione, & mercedis quantitate, qua per prius erant operę, ſeu res locatæ. *Bim. 3. conſ. 249. num. 20. & ſeq. Io. de Imol. conſil. 22. num. 2. Bald. in l. etiam 8. ſub num. 11. C. de iud. dot. Barbat. in cap. cum M. Ferrarienſis, num. 152. de conſt. Franc. Cremenſ. ſing. 13. inter diuerſ. tom. 1. Rota Rom.* poſt multa ibi allegata, pro locatore controuerſiam finit, *deciſ. 88. p. 2. nouiſſ. diuerſ.*

*SVMMARIVM.*

1 *LOcatores operarum tenentur incumbere ad laborerium de mane ad veſperas tantum, & non vltra.*
2 *Scribere librum promittens, hoc extenditur ad diem artificialē, quia de nocte ſcribere non debet.*
3 *Promittens ſoluere de tali die, intelligitur de artificiali, quia ſolutio de nocte fieri non debet.*

DECISIO VI.

QVidam conduxerat duos operarios in dies pro certo ſalario, ad ligna in quibuſdā ſubterraneis exportādū; volebat, quòd ipſi ad horas quatuor de nocte de mēſe Auguſti perſiſterēt in operatione.

Iſti operarum locatores conquerebantur, & concorditer ad me, vti Iudicem Trib. Pleb. vt pro veritate decretarem, quid erat faciendum, recurrerunt.

1 Dixi, ipſos † operarum locatores laborerio incumbere debere de ſummo mane, ad veſperas. *l. operæ 1. l. medicus 26. ff. de oper. lib. & l. in annos ſingulos 2. ff. de ann. leg.* quos

ſequi-

Google

ſequitur cum alijs *Caroc. de loc. & cond. conel. 56. par. 7. fol. mihi 284. Dec. in c. conſulu*i*t. de off. deleg. nu. 36.*
2 Hinc (dicit ipſe) ſcriptor, qui † promiſit librum ſcribere intra aliquot dies, intelligitur de diebus artificialibus, quia de nocte ſcribere non debet. *ibi num. 37.* & qui
3 promiſit † ſoluere de tali die, de artificiali intelligitur, quia ſolutio de nocte fieri non debet. *ibid. n. 38.*

## *SVMMARIVM.*

1 *IVlius Sacchettus S.R.E. Cardinalis Ampliſs. & Bononiæ de latere Legatus, laudatur.*
2 *Clauſulæ, ſola facti veritate inſpecta, virtus, & operationes. & ſub nu. 4.*
3 *Actio, an ex pacto nuda oriatur.*
4 *Cumulatio petitorij, cum poſſeſſorio, quando fieri poſſit.*

## DECISIO VII.

EMinentiſs. & Reuerendiſs. D. D. Card. Iulius Sacchettus beneme-
1 ritiſſimus † huius meę Patriæ Princeps, ac de latere Legatus, Reſcripſit, vt petitur, &c. ad memoriale cuiuſdam prætenſi creditoris, vt in cauſa ſola facti veritate inſpecta, procederetur, omiſſis circuitis litium.

Putabat debitor, virtute iſtius clauſulæ, nos non habere facultatem (quam etiam habemus ex ſtatutis Fori, & inueterata, ac immemorabili conſuetudine huius Magiſtratus ita procedendi) procedere, & iudicare ſecundum conſcientiam, ſed ſecundum acta, & probata præcisè.

Et fuit dictum ipſum debitorem decipi ab affectione, quandoquidẽ
2 hæc † clauſula eſt tantæ efficaciæ, vt Iudex poſſit à regulis iuris communis recedere. *Zuccar. ciuil. deciſ. 30. num. 8. Barboſ.* latè poſt multos *in tract. var. de clauſul. clauſ. 173. nu. 4. cum ſeqq.* & iudicare ſecundum propriam cõſcientiam, & vti Deus. *Zuccar. d. deciſ. 30. ſub num. 8. Barboſ. d. clauſ. 173. num. 6. cum ſeqq.* vbi quòd Iudex tunc poteſt iudicare, vt Princeps, manuque Regia, ſi lum, inſpecta forma iudicij de iure gentium, vel naturali; cenſenturq. virtute illius clauſulæ, ſublatæ omnes ſolemnitates iuris poſitiui. *Scayn. Bon. deciſ. 75. nu. 19.* & ex *d. Barboſ. nu. 9. loc. præcit.* & ſufficiunt leuiores probationes, maximè circa ea, quæ veriſimilia ſunt. *Cornazzan. deciſ. Luc. 41. num. 35.* & *Barboſ. in ſupra alleg. dictione 173.* actioq; ori-
3 tur, † ex pacto nudo, quæ alias oriri non poſſet. ex vulg. *L. iuriſgentiũ, § ſi agitur nuda. ff. de pact.* vt ſentit *Cornazzan. poſt Oſaſch. deciſ. Lucen. 102.*
4 *num. 7.* & cumulatio † fit petitorij cũ poſſeſſorio. *Lader. Imol. conſ. 122. n. 4. & conſ. 123. n. 1.* cũ alijs operationibus præſentis clauſulę, vt pi ta (de omiſſione libelli: litis conteſtatione: de nõ allegatis: examine teſtium faciendo publicatis atteſtationibus: admiſſione probationum non concludentium: remediorum inter ſe repugnantium admiſſione: ſublata præſcriptione, & appellatione: derogatione feriarum: attentatorũ non reuocatione) pleniſſimè tractat circa hanc clauſulam; ſola &c. *Barboſ. tract. var. de clauſ. d. cl. 173. per tot.*

Hoc

Hoc audito à debitore, ſoluendo debitum, acquieuit, & à lite receſſerunt partes.

*SVMMARIVM.*

1 *SOluens indebite, poteſt repetere.*
2 *Soluiſſe indebitum prætendens, hoc debet probare.*
3 *Soluens indebitè, quando cenſeatur donare.*

## DECISIO VIII.

SÆpius occurrit, quòd iſtæ perſonæ de Plebe malè, & indebitè ſoluentes, poſtea repetere intendebāt indebite ſolutum, ex ſola ipſorum aſſertione, & non intelligentes terminos, conquærebantur de Magiſtratu.

Et malè quidem. Nam licet certi, & indubitati Iuris ſit † erroneè, indebitè, vel plus debito ſoluentē, poſſe repetere, quod ſoluit, per cōdictionem indebiti. *l. 1. & DD. & l. ſed & ſi me putem, ff. de cond. indeb. l. indebitū, C. eod. tit. l. cum quis, C. de iur. & fact. ignor. l. cuius per errorem. & ibi omnes, ff. de reg. iur. l. 1. C. de error. calc. Soc. iun. 1. conſ. 150. num. 42. Surd. 1. conſ. 80. num. 23. Sacca. 1. conſil. 14. num. 5. & ſeq. & lib. 2. conſ. 129. num. 39. & ſeq.*

2 Attamen non † ex ſola aſſertione prætendentis indebitum, controuerſia deciditur, ſed eſt neceſſe probare quòd talis, ignorās ſoluerit. *Rim. iun. 3. poſt text. in l. 1. ff. de cond. & demonſt. & d. l. cuius per errorem. ff. de reg. iur.* ponit *in conſil. 262. num. 39. Rota* optimè hoc exponit *in poſth. tom. 1. dec. 438. nu. 2.* alioquin qui ſcienter ſoluit hac condictione, nec alia actione repetit. *Rim. iun. d. conſ. 262. ſub num. 39. Zaſ.* (ex text. in *l. 1. l. fideicommiſſum, ff. de cond. indeb. d. l. indebitum. C. eod. tit. & l. cuius per errorem, ff. de reg. iur.*) *in conſil. 17. num. 20. lib. 1. Soc. ſen. 1. conſ. 143. num. 13.* & cen-
3 ſetur † donare, niſi tamen adeſſent coniecturæ in contrarium. *Surd. 2. deciſ. 328. ſub num. 1. ibi in verbis tamen quando.* & quid ſi probaretur indebitum. *idem Surd. 1. d. conſ. 80. num. 24.*

*SVMMARIVM.*

1 *CItatio ſemper eſt neceſſaria, ubi agitur de præiudicio partis.*
2 *Periti æſtimatores debent, antequam referant, vel æſtiment audire partes.*
3 *Arbitrator, ſi arbitratur, pars debet eſſe præſens.*
4 *Periti æſtimatores non debent mitti ad æſtimandum, parte abſente, ſed citatio debet præcedere.*
5 *Res inter alios acta facit præſumptionem.*

## DECISIO IX.

IN adiudicatione fauore creditoris facienda quorundam mobiliū, fuit à debitore oppoſitum, & reſpectiuè inſtitum omnia reuocari, ex quo æſtimatio ad inſtātiam creditoris erat facta abſque debitoris citatione, ſeu notificatione, licet pro æſtimatione debebat interuenire perſona legitime electa.

Et eo magis, quia in concurſu facto aliquorum creditorum ipſius inſta-

inſtantis, alia æſtimatio apparebat diſcordans cum vltima ęſtimatione, in parte tamen, in detrimentum debitoris.

Fuit per nos decisum, de nouo faciendam eſſe æſtimationem.

1 Moti, quia vbi agitur † de prçiudicio partis, sẽper citatio eſt neceſſaria pro actus validitate. eſt text. in *l. ſi quis 3. C. fin. regun. l. generaliter 12. §. bis de præſentibus, C. de rebus cred.*

2 Item, quia æſtimatores † antequam æſtiment, & referant, debẽt partes audire, quæ eos erudiant, quarum ſuaſu forſan aliter ęſtimaſſent. *Gabriel. r. conſ. 168. nu.* 102. vnde *Bartol. in l. ſi quis arbitratu. ff. de verb. oblig. num. 7.* ex text. ibi al-
3 legato, dicit, præſentiam † partis requiri, quando arbitrator arbitratur. & idem tenent alleg. à dicto Gabriele loco præcit.

In terminis huius controuerſiæ,
4 quòd ſcilicet mitti † non poſsint periti æſtimatores ad æſtimandum parte abſente, vel non citata. *Nep. in conſuet. Catin. tit. 49. conſ. vnic. nu. 17. & 18. ex Bart. Cagnol. Couar. & Natt. & Hieron. de Mont. in ſuo tract. fin. reg. cap. 31.* qui ex auct. ibi alleg. dicit, hoc fieri cum partis pręſentia, vt Iudex, vel peritus poſſit informari.

Et maximè etiam ex altera æſtimatione facta eorũdẽ mobiliũ, per quam apparebat de exceſſu, & licet opponebatur, quòd res inter alios
5 acta eſſet, attñ † videbatur ſaltem facere præſumptionem, vt ego dixi in meo *conſ. 65. nu. 21 lib. 1.* vltra alia, quæ poſſent adduci, vt res inter alios acta faciat probationem, quæ ibi non ponuntur, eo quia ſuperflua ſunt ad præſentem caſum.

*SVMMARIVM.*

1 *Licentia, forenſibus, piſces Bononiæ inuehentibus*, all'ingroſſo, *eſt concedenda, & de ratione, ibi.*

DECISIO X.

IN Magiſtratu fuit dubitatum, an eſſet danda licentia mercatoribus
1 † forenſibus inuehentibus Bononiã piſces, vt illos vendere poſſint piſcatoribus, qui poſtea omnibus quandocunque emere volentibus, minuatim vendant in ſtationibus, & apothecis eorum.

Et concedendam licentiam Domini, dixerunt, cum hoc non repugnet publicæ vtilitati, ſed illi faueat, vt libentiùs exteri deferant vrenſilia, & ad victum neceſſaria ad Ciuitatem, ne alias inuiti cogerentur plus debito in Ciuitate permanere. eſt apertiſſimus text. in *l. ſi quis 2. ff. de nundinis.* quem ſequitur *Bero. 3. conſ. 171. nu. 5. & 6.* immo ſi aliquæ fierent ordinationes hæc prohibentes, dicerentur contra publicam vtilitatem. *ibid. num. 7.* Addantur *Carocc. de loc. & cond. de col. priuil. q. 4. nu. 9. & 10. Plat. in l. colonos. C. de agric. & cenſ. lib. 11.* cum etiam ſemper ſit magis vtile, *vendere all'ingroſſo. Gloſ. in l. 2. quand. & a quib. quarta pars debeatur. lib. 10.*

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor poteſt frumentũ vendere, ſi tempus cõuentum ſit elapſum.*

2 1 r.

2 l. 1. §. licet, ff. de peric. & comm. rei vend. *extenditur etiam ad frumentum.*

3 *Pretium frumenti venditi à debitore, de quo tempore conſideretur.*

4 *Debitor frumenti tenetur illud reſtituere in eadem bonitate.*

5 *Mora, quando dicatur à debitore purgata.*

6 *Oblatio debitoris ſuſpecta, & vitioſa, ac tempore incongruo facta, non relevat.*

## DECISIO XI.

Piſtor quidã creditor inſtabat dari præceptum, contra ſuum debitorem, pro habendo tritico, & ad rationem, quanti ipſe fuiſſet lucratus, illud in panem reducendo.

Debitor replicabat, piſtori imputandum eſſe, non ipſi, nam cum
1 per † totum mẽſem Iulij dictus piſtor tenebatur recipere frumẽtum, ita in mora fuit, quod licitè potuit debitor frumentum vendere, vt eſt text. loquens de vino in *l. 1. §. licet autem. verſ. commodius eſt. ff. de peric.*
2 *& com. rei vend.* qui † textus extenditur etiam ad frumentum, ex *Cyriac.* quem ad hunc propoſitum præciſe, & in terminis adducit *Rot. Rom. diuerſ. nouiſſ. par. 5. deciſ. 219. num. 18. & ſeq.*

3 Pretium † autem frumenti prædicti debet cõſiderari ad rationem illius, quo tunc frumentum bonæ conditionis communiter vendebatur, vt ex dicta deciſ. loco præcit. deciditur. Et ita fuit per nos reſolutum, &c.

Addi poteſt, quòd ſi debitor habuiſſet frumentum, prout dicebat habere, ſed non eiuſdem bonitatis,
4 an † potuiſſet furnarius cogi illud accipere; & negatiuè fuit reſponſum, cum frumentum in eadem bonitate reſtitui debeat. *Matth. Bruu. conſ. 80. num. 1.* ſi tamen illud reperiri poſſet. *ibidem.* & habetur per *DD. in tit. ff. ſi cert. pet.*

5 Non obſtat mora, † nam ſupra ſatis fuit dictum, imputandum eſſe piſtori; immò, licet dictus debitor non teneretur accedere ad domum creditoris, attamen cum poſt vltimum diem acceſſit, & fuit proteſtatus, quod ipſe leuaret frumentum, & reſpondit, non poſſe, videtur, nedum excuſandus debitor. *Paulus de Caſtr. in l. item illa. ff. de conſt. pec.* Sed omninò (ſaluo valore) liberandus à mora, dum credi-
6 tor † non velit recipere, niſi tamen oblatio debitoris eſſet facta vitioſè, & tempore incongruo. vt per *Neurz. conſ. 49.*

### SVMMARIVM.

1 M*ater ſuccedit filio cum fratribus defuncti vtrinque coniunctis.*

2 *Mater, ſtante* Statuto Bononiæ, de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & coll. §. quæ vidua. & §. ipſi quidem. *in ſucceſſione filij admittitur ad portionem vſusfructus tantum, donec vixerit, & ad alia vota non tranſierit.*

3 *Mater excluſa à ſtatuto, an poſſit [illegible] legitimam.*

4 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias in proprietate non ſuccedit, ampliatur etiam in patre.*

5 *Mater tranſiens ad ſecundas nuptias, ſuc-*

Digitized by Google

*ſuccedit etiam in proprietate, ſi nulli remaneant ex primo matrimonio filij; & de rationibus, ibi. & ſub num. 9.*
6 *Res, de facili ad naturam ſuam reuertitur.*
7 *Pœnæ, quæ infliguntur mulieribus ſecundo nubentibus fauore filiorum primi matrimonij, ceſſant, illis morientib. & an iſtæ pœnæ dici poſſint, vel potius prouiſiones; ibi vide, & ſub nu. 9. verſ. non obſtat.*
8 *Priuatus ſemel, ſemper remanet talis.*
9 *Fauor filiorum eſt perſonalis.*
10 *Statutum in Ciuitate, dicitur ius commune.*
11 *Statutũ Bononiæ ſub* rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collat. *mãdat matrem ſuccedere filio in vſufructu tantum, non in proprietate, etiam ſi ſit vidua, & quomodo. ibi vide.*
12 *Patrui appellatione, in materia ſtatutorum, non venit patruus magnus.*
13 *Caſus omiſſus à ſtatuto, remanet ſub diſpoſitione iuris communis.*
14 *Exceptio firmat regulam in alijs.*
15 *Mater non cenſetur excluſa à ſtatuto, niſi verba ſint clara, & manifeſta.*

## DECISIO XII.

IN cauſa cuiuſdam viduæ ex ſecundo viro, inſtabatur, pro quodam credito ſuo, quod habebat cum agnatis filij, ex primo viro præmortui, qui intendebant eam reconuenire, pro bonis, quæ poſſidebat, de hæreditate filij præmortui, ex quo ad ſecunda conuolauerat vota, & licet, hodiè eſſet vidua, non tamen ex primo, ſed ex ſecundo viro, ideò ipſam amiſiſſe proprietatem prætendebant, maximè attento ſtatuto Bononiæ.

Cauſa omiſſa, & circũſcripta inſtantia, ſtatim fuit terminata concorditer, medio diſcreti procuratoris dd. agnatorum, ſenſu Magiſtratus acquieſcentis, qui cenſuit matrem non teneri prætenſam filij hæreditatem, quam per eiuſdem filij mortem recuperauerat, reſtituere; ſententiam ſequendo, quam, ego in conſulendo, ſemper tenui, vt infrà, videlicet.

*Conſilium auctoris in eodem articulo.*



Contentio hæc, duas habet inſpectiones.

Prima eſt, an Maria de Fregnis, dum erat vidua, in qua portione potuit ſuccedere Petro, & Iacobo eius filijs, tunc tẽporis vita functis.

Secunda eſt, an Maria prædicta, poſtquam ad ſecunda conuolauit vota, retinuerit ius ſuccedendi Blãcæ filiæ, quæ poſtea deceſſit, ad excluſionem dd. Sabbadini, & Petri conſobrinorum, & nec non Ioannis, & Alexandri proximiorum de agnatione.

*Circa primam inſpectionem.*

Habemus, quòd de iure communi,
1 ni, † mater ſuccedit filio ab inteſtato defuncto, vna cum ipſius defuncti fratribus. poſt text. ego ſcripſi in meo *conſil.* 6. 26. *&* 98. *lib.* 1. ac alibi etiam.

Sed de iure ſtatutorũ *Bonon. ſub rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcend. & collat.* §. *qua vidua*. *&* §. *ipſi quidem*. diuerſo modo diſponitur.

2 Quandoquidem mater † ſuccedit tantùm in vſufructu illius portionis, quàm ipſa eſſet habitura de iure, donec tamen vixerit, & ad alia vota tranſiuerit.

3 Quo in caſu † excluſionis, nec poſſet dicta mater petere legitimã, ſtante dicto ſtatuto, vt ex *Rota Bonon. ad ſtat. deciſ.* 11. *nu.* 1. *&* 155. *Crauet. conſ.* 423. *lib.* 3.

Super qua proprietatis excluſio-
4 ne, † matris ſcilicet ad ſecũdas nuptias tranſeuntis, loquitur etiam textus in *authen. ex teſtamento de ſecundis nuptijs.* & ex notat. per text. in *l. fœminæ. C. de ſecund. nupt. Bertrand. par.* 2. *vol.* 2. *conſ.* 212. *nu.* 4. & hæc procedere videntur, nedum in matre, ſed etiam in patre, vltra *d. auth. & l. fœm.* eſt tex. *in l. mater. C. ad tertul.* quos ſequuntur *Ceph. conſ.* 288. *nu.* 14. *&* 15. *lib.* 2. *Socin. iun.* 1. *conſ.* 34. *nu.* 3. *&* 4.

*Circa ſecundam inſpectionem.*

5 Mater videtur † habere fundatã intentionẽ in ſucceſſione filiorum, ita vt ſi vltimus moriatur, & alij non ſuperſint filij ex illo matrimonio, non obſtantibus ſecundis nuptijs, poſſit ipſa admitti. *authen. de non elig. ſecund. nub.* §. *hoc autem. & l. fœminæ* 3. *C. de ſecund. nupt. Alex.* 7. *conſ.* 211. *ſub nu.* 1. *Decian.* 4. *conſ.* 53. *ſub nu.* 60. *Crauet. conſ.* 142. *nu.* 8. *& lib.* 3. *conſ.* 512. *&* 522. *Bertrand. p.* 1. *vol.* 3. *conſ.* 192. *& vol.* 7. *conſ.* 96. *nu.* 4. *Matt. Brun.* 2. *conſ.* 169. *ſub nu.* 1. *Ruin.* 3. *conſ.* 21. *nu.* 2. *verſ. non obſtat igitur. Rimin. iun.* 3. *conſ.* 305. *num.* 104. *& ſeqq. Aldouin. conſ.* 10. *nu.* 74. *Natt.* 3. *conſ.* 605. *nu.* 7. *Marzar. conſ.* 30. *ſub nu.* 26. *Camil. de Medic. conſ.* 99. *num.* 68. *Laderch. Imol. conſ.* 33. *nu.* 1. *Menoch.* 10. *conſ.* 958. *nu.* 1. *Cyriac.* 2. *contr.* 368. *num.* 49. *Rot. Rom. diuerſ. nouiſ. p.* 5. *deciſ.* 116. *num.* 9. 10. 11. *&* 12. *& deciſ.* 267. *nu.* 18. *& ſeq. & in recent. p.* 2. *deciſ.* 653. *nu.* 2. *& ſeq. Rota Bonon. ad ſtat. deciſ.* 12. *nu.* 16. *Add. ibi ad deciſ.* 84. *verſ. ſed partem affirmatiuam. Menent. deciſ.* 47. *nu.* 60. *Io. de Garon. in auth. nu teſtam. nu.* 74. *cum ſeqq.* latiſſimè reſpondens contrarijs, *C. de ſecund. nup.* & ibi alij DD. & in *d. l. fœminæ.* Recõſolidatur enim tunc proprietas iã amiſſa matri ſuperſtiti. *Marzar. d. conſ.* 30. *nu.* 27. & ſicuti noua acquiſitio nõ impeditur; ergò tantò

tò magis iam facta acquiſitio reconſolidari debet. *ibid. nu. 28. in fin.*
6 quia (dicit ipſe) † facilè res reuertitur ad ſuam naturam.

7 Ea ratione pariter, quia pęnæ, † quæ infliguntur mulieribus ſecũdo nubentibus, infliguntur fauore filiorũ primi matrimonij, qui ſi ceſſant, & moriantur, nullus ſupereſt fauor, quia cauſa fauoris ceſſat. *Bertrand. d. conſ. 192. ſub nu. 2. verſ. cuius ratio. p. 1. vol. 3. Natt. 3. d. conſ. 605. ſub nu. 7. verſ. reſpondet Bartol. Adden. ad deciſ. Bonon. 84. verſic. ſed partem. Manent. deciſ. 47. nu. 61.* qui hanc vult pęnã non eſſe, ſed prouiſionẽ legis inductã, ad merũ fauorem filiorũ primi matrimonij; aliàs
8 ſi eſſet pęna, † ſemel priuata mater per filij prædeceſſum, amplius recuperaret ſuam proprietatem. *ibid. Marzar. conſ. 30. ſub nu. 26.* qui di-
9 cit, † fauorem filiorum eſſe perſonalem, qui cum ipſis finitur, & cum eorum perſonis. *ibid. & Manent. loc. præcit.*

Prætetea placet (ad corroborationem prædictarum) *Io. de Garron. ſuper auth. ex teſt. C. de ſecund. nupt. ſub num. 74. verſ. ſed ſecundum Doct.* qui hac diſtinctione vtitur; Aut ſecundæ nuptiæ conſiderantur fauore filiorum primi matrimonij, & tunc mortuo filio, nullus fauor remanet, quod impediat matrem, ne ſuccedat; Aut alia ratione, & tunc nulla ratio reperitur, quæ matrem excludat, ſunt enim per Apoſtolũ abolitę pęnæ, vt ego etiam dixi pro vxore in meo *primo reſp. in fin. lib. 1.*

Non obſtat ſi dicatur, tempore mortis vltimi maſculi, matrem ad ſecunda conuolaſſe vota, viuente Blanca eiuſdẽ matrimonij filia, cui cum fuerit facta iniuria per ſecundas nuptias, durum videtur, quòd ei poſſit mater ſuccedere, adhuc iniuria durante, & poſt ius tranſmiſſum hæredibus dictæ Blancæ; Quia, reſpondetur ex text. *d. l. fœminæ.* vbi (dicit *Cranet. d. conſ. 513. ſub num. 1. verſ. neque dicatur.*) iure pari cenſetur, nullos fuiſſe liberos poſt ſecundas nuptias, vel fuiſſe quidem, ſed defunctos, tunc enim recuperat mater ius proprietatis amiſſæ, cui aſſiſtunt etiã idem *Cranet. d. conſ. 523. in princ. verſ. quibus non mouentibus. & ſub num. 2. verſic. tertio. ibi ſub verbis itaq; amiſſio. Bertrand. 7. conſ. 96. ſub num. 4. ibi. quia tamen idem Ioãnes poſtea deceſſit. &c. Ruin. 3. d. conſ. 21. ſub nu. 2. verſ. ſed alij filij. Aldouin. conſ. 100. nu. 74. Manent. d. deciſ. 47. nu. 61. & 63. Io. de Garron. in auth. ex teſtamento. C. de ſecund. nupt. ſub nu. 74. verſ. præterea paria ſunt, &c. & per tot.*

Tranſmiſſio autem prędicta non fit ad hæredes extraneos, ſed ad filios, & deſcendentes tantum, vt in terminis *Crau. d. conſ. 512. & in conſ. 142. nu. 6. Marzar. conſil. 30. ſub nu. 26. quaſi in fin.* Vndè falsò adducitur illam tranſmiſſionem fieri poſſe dd. conſobrinis, vel filijs patrui magni, qui dicuntur extranei, quia filij non ſunt, nec deſcendentes. *l. vnic. C. de rei vx. act. §. cæteri. inſtit. de hæred. qual. & diff.*

Sed quid, ſtante ſtatuto excludente matrem à ſucceſſione filiorũ, ſi tranſeat ad ſecundas nuptias?

Nulli dubium eſt, quod eſt attẽ-
10 dẽdum ſtatutum, † quod ius commune in Ciuitate dicitur, vt ego

dixi in *conſ.45. nu.74. lib.1.*

11 Statutum † autem Bononiæ *ſub rubr. de ſucceſſ. ab inteſt. aſcẽd. & coll.* vult, matrem viduam tantum ſuccedere filio in portione vſusfructus eius, quod ſibi à iure communi ciuili deferetur, donec vixerit, & ad ſecunda vota non tranſierit; prout ſi concurrat cum fratribus, nã tunc in vſufructu virilis partis, de qua in *auth. defuncto. C. ad tertul.*

Addens ſtatutum ibi, quòd ſi cũ filijs eorum cõcurrat, ipſi filij fratrum in ſtirpem, &c.

Si verò ( ibi in d. §. *ipſi quidẽ fratres. verſic. ſi cum. &c.* cum patruis mater concurreret, vel eorum filijs maſculis, tunc vſumfructum habere debeat totius hęreditatis, donec vixerit, & ad ſecunda vota non tranſierit, &c.

His conſideratis, pro matre pariter videtur pronunciandũ, quandoquidem in principio huius rubricæ ponitur, *quòd in ſuccedẽdo ſeruentur ſibi iura communia, ſaluo ſuperiori ſtatuto, & ſaluo, quam in caſibus infraſcriptis, &c.*

At non legitur in ſtatuto caſus, quandò mater concurrit cum filijs

12 amitæ, nec patrui magni, qui † nõ venit appellatione patrui, vt præcisè ſentit *Monterent.* ibi, *in add. ad dict. § ipſi quidem. in verb. patrui. ex*

13 *Alex. & Bald.* ergò iuris † communis diſpoſitioni relinquitur. *l. commodiſſimè 10. ff. de lib. & poſth.*

14 Vltra quod, eſt certum, caſus † exceptos, vt ſupra, à ſtatuto firmare, matris fauore, regulam in alijs non exceptis per text. in *l. quæſitum 12. §. idem reſpondit domo inſtructa. ff. fundo, vel inſtr. leg.*

Addatur prædictis, quòd mater

15 non † cenſetur in aliquo caſu à ſtatuto excluſa, niſi excluſionis verba ſint clara, & manifeſta, vt in terminis noſtræ controuerſiæ ſentit *Menoch. conſ. 958. ſub nu. 2.*

Quare, pro iuſtitia interrogatus, ita conſului, ſaluo tamen &c.

*SVMMARIVM.*

1 *DEbitor petens elemoſinam à creditore, an videatur fateri debiti ſatisfactionem.*

## DECISIO XIII.

PAuper, & verè vilis, & miſer petebat modicam pecuniarũ ſummã à quodã filatorerio ſuo creditore, q; pro ſui crediti verificatione duxerat ſecũ duos teſtes, qui verè dicebant, eũ creditorẽ eſſe de dd. pecunijs ex cauſa mercedis operarum in filatorerio per ipſum præſtitarum.

Sed creditor pauperem interrorogauit: nonne petijſti à me poſtea elemoſinam? ipſe reſpondit affirmatiuè. Ideò dubitabatur, an ex hac affirmatiua induceretur debiti iam ſoluti confeſſio.

Ego mandaui, nõ fieri ſuper hoc proceſſum, ſed per ipſum filatoreriũ incontinenti ſolui dd. pecunias pauperi, occaſione dictæ mercedis.

Motus, quia, vt dicebant iſti teſtes, dictus pauper erat ſolitus ob paupertatem, vltra ſalarium, pete-

1 re elemoſinam, & ſic † cum fuerit ipſa petita ex alia cauſa, quam pro debiti extinctione, non videbatur expelli à limine iudicij poſſe, vt prætendebat dictus debitor, & ſu-

per

per hoc mihi videtur bona deciſ. Sacræ *Rot. Rom. in poſtb. tom. 1. deciſ. 182. nu. 4.*

Vltrà quòd, cum dictus debitor confitebatur ipſum debitorem petijſſe elemoſinam, non poteſt dici, donatum pro elemoſina gratis, datum cenſeri pro debito ex neceſſitate ſoluendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Debitor ſuſcipiens terminum, videtur agnouiſſe debitum, & renunciatum cuilibet exceptioni, etiã compenſationis.*

2 *Executio, ſeu pignoratio non ſuſpenditur, ſi debitor agnouerit debitum, per ſuſceptionem termini.*

3 *Debitum agnitum, nequit amplius reprobari.*

## DECISIO XIV.

POſt ſuſceptum terminum iuris ad ſoluendum, volebar quidam beccatius pro vitulo ipſi à creditore vẽdito, cum nouis citationibus intricare creditum, & ſuſpendere, ſeu leuare pignorationem.

Decretum fuit, procedi ad vlteriora in venditione pignorum.

1 Quandoquidem debitor † ſuſcipiendo terminum, videtur debitũ agnouiſſe, & cuilibet exceptioni renunciaſſe. *Rot. in recent. p. 1. deciſ. 299. nu. 13. & 2. deciſ. 773. nu. 5. Buratt. deciſ. 144. num. 6. & deciſ. 827. nu. 6.* immò etiam renunciatum exceptioni compẽſationis prius competenti. *Rot. d. deciſ. 773. nu. 5. in*
2 *recent. p. 2.* vnde † ſuſpendere ſolutionem, & pignorationem erat cõtra iuſtitiam, vt ex d. *Rot. in recent. deciſ. 773. ſub num. 5.*

3 His accedat, quòd agnitum † debitum amplius nequit reprobari.
1 *Burſ. 2. conſ. 216. num. 4.* non eſt ingratus rex, in *l. cum fidem 4. C. de nõ num. pecun.* quem ſequitur *Simon. de Prat. in conſ. 93. nu. 51.*

*SVMMARIVM.*

1 *MVtuum, ob turpem cauſam contractum, eſt à lege improbatũ, & non parit actionem.*

2 *Adoleſcens luxurioſus, ſi alicui mandet, vt pro meretrice fideiubeat, & is ſciens, mandatum acceptauerit, non habebit mandati actionem.*

## DECISIO XV.

FVit citatus quidam iuuenis, cui fuerant mutuatæ lib. 30. monetæ Bonon. in domo cuiuſdam meretricis, pro &c. vt ambo confitebantur. Et quia res erat potius ſilentio prætereunda, quam palam, & in foro publicãda, ob honorem citati, qui erat perſona honeſtiſſima, fuit dictum, quòd partes adeant Doctorem, qui eas amicabiliter concordet.

Venerunt partes, deſtinata die, vna cum ſuis procuratoribus, quibus cõſtare feci, quòd citatus erat à petitis per mutuantem, abſoluendus.

1 Motus, quia Mutuum † ob turpem cauſam contractum, à legibus eſt improbatum, nullamquè parit actionem. *l. ſi vnus 28. §. illud nuda pactione. ff. de pact. l. generaliter nouimus 26. ff. de verb. obl.* latè *Mantic.*

de

*de tacit. & ambig. lib. 8. tit. 3. nu. 32. & ſeq. tom. 1.* in terminis.

2 Sicuti ſi adoleſcens † luxurioſus mandet alicui, vt pro meretrice fideiubeat, & is ſciens mādatum ſuſceperit, non habebit mādati actionem. *l. ſi verò 12. §. ſi adoleſcens. ff. mand.* concord. *l. 3. §. nec non illud. ff. de in rem verſo. Bertrand. ad cõſuet. Britan. art. 266. fol. 335. per l. ſi quis cum ſciret. ff. pro empt.*

Citatus ſponte, & amicabiliter medietatem lib. 30. reſtituit, in cæteris fuit abſolutus.

## *SVMMARIVM.*

1 *Emptor, quando à venditore poſſit conſequi cum pretio, damna, & intereſſe, quod eſt quanti plurimi, quando res vendita ſuo tempore non conſignatur.*

2 *Impedito, promiſſa adimplere intra ſtatutum tempus, caſu, & vi cæleſti, competit restitutio in integrum.*

3 *Fortuiti caſus, cum præuideri non poſſint, non in bonæ fidei iudicio præſtantur.*

4 *Pluuia magna, caſus fortuitus dicitur.*

5 *Pluuia, vectoribus iuſtum in itinere, impedimentum præſtat.*

6 *Impedimentum iuſtum excuſat à culpa, & mora.*

7 *Difficultas ſuperueniens, committi pœnam impedit.*

## DECISIO XVI.

Lignorum certa quãtitate vendita alicui pretio recepto, cum termino à partibus præfixo, ad illa conducendum, ſi ducere promittens, deffeciat, ob magnam pluuiã, an emptor lignorum poſſit pretiũ prædictum repetere, vna cum om-
1 nibus damnis, & intereſſe, † quod eſt quãti plurimi, quando res vendita ſuo tempore non conſignatur. *Rota Gen. deciſ. 211. nu. 1.*

Cenſuimus, excuſationem venditoris eſſe admittẽdam, iuſtumq; illi nouum ad ligna conducendum terminum ſtatuendum eſſe, moti
2 quia impedito, † promiſſa adimplere intra ſtatutum tempus, caſu, & vi cæleſti, competit reſtitutio in integrum. *l. ſed & ſi per Prætorem 26. §. ſi feriæ. l. ſi cui 38. ad finẽ.* ibi *ſicut haberi ſolet &c. ff. ex quib. cau. maio. l. 1. §. ſi quis propter. ff. de itin.*
3 *actuq; priu.* Fortuiti † namq; caſus, cum præuideri non poſſint, non in bonæ fidei iudicio præſtantur. *l. contractus quidam 24. ff. de regul. iur. l. quæ fortuitis 6. C. de pign. act. (Lancellot. Gal. conſil. 37. in prin.)* prout
4 eſt magna † pluuia, quæ caſus fortuitus dicitur. *Aldouin. conſil. 19.*
5 *num. 59.* quæ vectoribus † iuſtum in itinere impedimentum præſtat. ibi *Aldouin. nu. 48.* ad prædicta videatur *Bald. 4. conſ. 173.*

6 Addatur, quem † ob iuſtum impedimentum à mora, & culpa excuſari, per tex. in *l. quod ſi mihi 5. ff. ſi cert. pet.* cum alijs, tenet *Alciat. conſ. 4. num. 13. & 14. lib. 8. tom. 3.*
7 prout in difficultate † ſuperueniẽte, quæ committi pœnam impedit. *Honded. 1. conſ. 112. nu. 47.* ex text. & mult. auct.

SVM-

### *SVMMARIVM.*

1 *IVdex ordinarius dilationem, modicam tamen, debitori concedere debet, alias dicitur grauare.*
2 *Dilationem petens, an teneatur cauere.*
3 l. in omnibus 41. ff. de iudic. *non habet locum, niſi cũ cauſæ cognitione.*

## DECISIO XVII.

FVit dubitatũ, an Magiſtratus Tribun. Plebis teneretur debitoribus petentibus dilationem concedere.

1 Ego dixi, quòd † Iudices ordinarij de iure cõi poſſunt; immò debent debitori concedere, modicam tamen, dilationem ad ſoluendum, vt ex multorũ auctoritatibus fuit deciſum in *Rota Rom. in recent. p. 2. deciſ. 376. ſub nu. 1.* & Iudex illum terminum, ſeu dilationem denegãdo, grauare diceretur. ibid. & in *deciſ. 383. in dd. recent. p. 1. ſub nu. 1.* ſed cũ cautione, quæ aſſecuret creditorem, ne ob ipſam interim debitor efficiatur non ſoluendo.

2 Hinc, † *ex l. in omnibus 41. ff. de iudic.* petenti dilationem, etſi debitori in diem, aut ſub conditione, imponitur onus præſtandi cautionem. Licet valde poſſet dubitari in eo, qui obtinet dilationem à Principe, vel à Iudice, ad quam, ex praxi trita, debitores admittuntur, & ſemper data idonea cautione.
3 Immo d. † *l. in omnibus*, non videtur habere locum, niſi cauſa ſubſiſtente, & enim cognitione cauſæ. *Rota. in poſth. tom. 1. deciſ. 217. nu. 3.* quæ cauſa debet ſuperuenire poſt contractum. *ibid.*

### *SVMMARIVM.*

1 *ANteriora debita, quãdo prius per delegatum ſint ſoluenda, an verò ſolutio poſſit fieri creditoribus deſcriptis in apoca.*
2 *Declaratio, quando dicatur facta taxatiuè, & quando demonſtratiuè.*
3 *Debitum ſoluens poſterioribus, dum ſciebat eſſe anteriores, malè ſoluit, ſecus ſi bona fide. ibi nu. 4.*

## DECISIO XVIII.

RVſticus vendidit ligna cuidam fabroferrario, pro certa ſumma inter eos conuenta, cum hoc, quòd Bononiæ, vbi ipſe non morabatur, ſolueret pretium dd. lignorum ſuis creditoribus ſecundum anterioritatem, & in ſpecie talibus &c. nominando eos præcisè.

Euenit, quòd iſte faber, alijs exiſtentibus anterioribus, in apoca non nominatis, pretium lignorum ſoluit.

Fuit citatus corã nobis emptor, ab vno ex illis in ſcriptura expreſſis, petendo executionem pro ſuo credito, cõtra ipſum fabrum delegatum, & ceſſum, ad illud ſatisfaciendum.

1 Nos, viſa ſcriptura, cõperimus † intentionem fuiſſe contrahentium, ſoluenda prius eſſe debita anteriora, ob illa verba, ſecundum anterioritatẽ &c. ideò diximus, ipſum fabrũ moleſtari non poſſe. ſequendo opinionem tutiſſimam *Sacra Rota Romana in terminis deciſ. 48. num.*
2 *3. & 4.* Non enim † dicta declaratio dici poteſt taxatiuè facta, ſed de-

demonſtratiuè, vt ibi dicit Rota, & 3 [illegible] quia † habuit ipſe faber ſcientiam ipſorum anteriorum, quo in caſu nō poterat ſoluere pretium poſterioribus. *ibid. nu. 7. & 8. p. 2. in recent.*

4 Immo etſi ceſſus emptor habuiſſet ſcientiā, † & fuiſſet in bona fide, credēdo propter iuramentum vendentium, alios non adeſſe anteriores, potuiſſet ſoluere poſterioribus, quod eſt plus, quam ſoluere, iuxta ordinem legis, anterioribus, vt *Rota. in dd. recent. p. 1. deciſ. 301. num 18.*

*SVMMARIVM.*

1 *ALleganti incumbit onus probādi.*
2 *Debitorem ſoluiſſe ante tempus conuentum non præſumitur.*
3 *Reus ſuam exceptionem probare tenetur pleniſſimè.*

## DECISIO XIX.

DEbitor quidam allegabat ſoluiſſe ante tempus, quod debebat; vnde fuit dictum, attenta con-
1 feſſione debiti, † teneri probare, quod aſſerebat pro ſua intentione, ex vulg. tex. *l. ei qui dicit. ff. de prob. l. actor. C. eod. tit. & l. qui accuſare. C. de edend.*

2 Et eo magis, quia † non præſumitur debitorem voluiſſe ſoluere ante tempus. *Rota. in poſth. tom. 2. deciſ. 262. nu. 3. & deciſ. 335. nu. 3.*

3 Vel alias ipſe vti † reus, propoſitam exceptionē, plenè eſſet aſtrictus probare. *l. in exceptionib. & ibi gloſ. in verbo velut intentionem. & l. cū de indebito. ff. de prob. l. 1. ff. de excep.*

Ideò ea, quæ per debitorem fuerunt deducta, minimè admiſſa fuerunt, ſed pro creditore fuit proceſſum ad vlteriora in executione petita.

*SVMMARIVM.*

1 *BAiulus tranſiens oneratus, per lubricum cadens, ſi vaſa vitrea cōfregit, ad quid teneatur.*
2 *Artifex, qui menſam accommodauit extra limites ſtationis, & vbi eſt tranſitus frequens, de ſe ipſo querat, non de alijs, ſi vaſa fracta reperiantur.*
3 *Periculo, qui ſe ſubiecit, ſibi eſt imputandum.*
4 *Damnum, quòd quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare.*

## DECISIO XX.

DE menſe Auguſti, tempore nundinarum, & vt vulgò dicitur, *della fiera*, quidam artifex, in loco ſuo deſtinato in platea, calices, vaſaq; vitrea permulta, ſuper menſa venalia expoſuerat, & inde pertrāſiens baiulus oneratus per lubricū lapſus deiecit onus, quod vaſa vitrea preſſit, & confregit.

Ambo concorditer, ſine ſtrepitu iudicij, recurrerunt ad Magiſtratum, exponendo caſum, prout ſupra dictum fuit.

Domini reſoluerunt, baiulum non teneri. Quadoquidem ex parte dicti artificis erat probandum,
1 quòd † baiulus, plus iuſto ſe onerauerit (cuius contrarium apparebat ex oneris qualitate, & quantitate (vel negligentius per lubricum tran-

tranſierit; nam in his caſibus, in eum, qui onus portabat, & damnũ dedit, actio conceditur. *l. qua actione 7. §. ſed ſi quis plus. ff. ad l. aquil.* quæ eſt in hac materia ſingularis.

2 Præterea, cum artifex † menſam poſuerit extra limites ſtationis, quam habebat excedentem metam deſtinatam verſus plateam, & vbi erat tranſitus frequens, de ſe ipſo quæri debet, non alios inculpare, vt præciſè ex *l. item mela 11. ff. eod. tit. ad l. aquil.* eiq; eſt † imputãdum, qui periculo ſe ſubiecit. *l. ſi. ff. commod.* & damnum, † quod quis ſua culpa ſentit, ſibi debet, non alijs imputare. *c. damnum. de reg. iur. in 6.*

*SVMMARIVM.*

1 L*Ocatori operarum, non debetur merces, ſi opus non expleuerit.*

2 *Actio*, ex l. ſi vno anno. §. item cum quidam. ff. locati. & l. ſi hi, qui. C. eod. *quando competat.*

3 *Salarium procuratori non debetur, niſi finita cauſa.*

4 *Locans operas ad aliquod opus perficiendum, intelligitur vſque ad perfectionem; nec prius merces debetur, niſi talis eſſet pauper.*

## DECISIO XXI.

FVit aduerſus locatorem concluſũ, qui contra conductorem petebat mercedem operarum locatarum, 1 ea ratione, quia † non dum erat finitum tempus conuentum, nec ipſe actor expleuerat officium ſuum, & 2 ſic † actio non potuit ei competere. *ex l. ſi vno anno. §. item cum quidam. ff locat. & cond. l. ſi hi, qui. C. eod. tit. Oldendorp. inter diuerſ. ſecũdũ magn. Francf. impreſſ. tom. 4. conſ. 26. nu. 2. & 3.* vt in procuratore videmus, 3 cui † ſalarium non debetur, niſi finita cauſa. *l. diem functo 4. ff. de off. aſſeſſor. & Oldendorp. d. conſ. 26. n. 3.*

4 Et maximè, quia locãs † operas, ad aliquod opus faciendum, intelligitur, vt perficiat, non vt inchoet in is, quæ certam formam habere debent. *Caroc. de loc. de impoſſibil. nu. 17. fol. 239.* poſt tex. ibi allegatos, quæ perfectio æquo, & pari paſſu ambulat cum mercede; nam ſi non perficis, nec laboras, non lucraris mercedem.

Niſi tamen locans eſſet pauper, & de laboribus diatim ſe ſuſtentaret, vt alias dictum fuit.

*SVMMARIVM.*

1 N*Otarius recipiens fideiuſſorem minus idoneum, tenetur de proprio.*

2 *Fideiuſſor, ſi non ſit idoneus, pars ſibi imputet, quia citata, & præſens nihil dixit, immo acquieuit.*

3 *Fideiuſſorem non idoneum, Notarius recipiens de Iudicis mandato, non tenetur.*

4 *Notarius recipiens fideiuſſorem minus idoneum, non tenetur, ſi principalis eſt idoneus.*

5 *Fideiuſſorem eſſe minus idoneum fruſtra diſputatur, ſi pars nullum damnum ſentiat.*

## DECISIO XXII.

NOtarij noſtri Magiſtratus, citata parte, receperant in fideiuſ-

 ſorem

ſorem vnum, vt prætendebatur non idoneum, fuit dubitatum extraiudicialiter, an de proprio ipſi Notarij eſſent aſtricti ſoluere, ſi fideiuſſor reperiretur non ſoluendo.

1 Dictum fuit, Notarium † recipientẽ fideiuſſorem minus idoneũ, teneri reficere parti damna, & intereſſe. per text. in *l.1. & 6. C. de magis com. Ludouic. Lucenſ. deciſ. 33. ſub nu. 2. & ſeq.* excuſſo tamen prius ipſo fideiuſſore, in qua deciſ. allegantur textuales, & DD. auctorit. hoc firmantes.

Solum faciebat difficultatem, 2 quod (vt ſupponebatur) † quando fuit receptus fideiuſſor, pars citata, & præſens, nihil oppoſuit, vnde Domini concluſerunt, partem ſibi præiudicaſſe. *Ludouic. d. deciſ. 33. num. 16.*

3 Secus eſſet, † ſi primò Notarius, de mandato Iudicis, acciperet fideiuſſorem minus idoneum.

4 Secundò, ſi † principalis eſſet idoneus. *ibid. ex d. Ludou. nu. 13. & 14.* quem cum alijs ſequitur *Rota. in nouiſ. diuerſ. p. 4. deciſ. 814.*

5 Tertio, ſi pars † ex tali præſtatione fideiuſſoris nullum damnum ſentiret. *Gratian. diſcept. cap. 497. num. 9. & 23.*

### *SVMMARIVM.*

1 *Error excludit conſenſum.*
2 *Venditio valet, ſi in materia, vel in ſubſtantia erratum non ſit, licet in bonitate, & qualitate erretur.*
3 *Emptor deceptus, agit ad intereſſe.*
4 *Venditio eſt nulla, ſi vna res pro alia tradatur, & dolus interueniat.*
5 *Conſenſus eſt de ſubſtantia venditionis.*

## DECISIO XXIII.

Faber lignarius vẽdiderat cuidam Veneto, medio vnius interpollatoris, vnum lectarium fulmentum, aſſerens, illud eſſe nucis, & inſimul de pretio conuenerunt.

Modo in actu exportationis dicti lectarij fulmenti ad domum emptoris, apparuit illud eſſe nucis exquiſitiſſimæ, non autẽ inferioris, vt credebat, quæ vendebatur cariori pretio; ideò petebat venditor annullari dictam venditionem, vel ſibi ſuppleri de pretio, arbitrio boni viri, quia fuit erratum in corpore 1 rei venditę, errorq; † excludit conſenſum. *l. ſi per errorem 15. ff. de iuriſd. omn. iud. l. 2. ff. de iud.*

Veruntamen Domini dixerunt, 2 quòd in materia, † nec in ſubſtãtia erratum fuit, ſed in qualitate, & bonitate nucis, ſecundum plus, & minus, & ideò viſum fuit, emptionem valere. *l. in venditionibus 9. §. inde quæritur. & l. aliter 10. ff. de 3 contr. empt.* emptorquè † deceptus agit ad intereſſe. *l. ſi ſterilis 21. §. quamuis. ff. de act. empt.* ergo idem videtur dicen. in venditore, qui errore lapſus ſit.

4 Secus eſſet, ſi † venderetur vna res pro alia, & dolus interueniret, nam tunc ex defectu conſenſus, venditio eſſet nulla. *Natta. 1. conſil. 175.* 5 conſenſus † enim eſt de ſubſtantia venditionis. ibid. per text. in *l. conſenſu. ff. de actio. & oblig. l. 1. in fin. ff. de contrah. empt.*

SVM-

Digitized by Google

## *SVMMARIVM.*

1 *Faſcium pretium, quando conſideretur ad rationem quantiplurimi valuerunt de tempore moræ.*

2 *Actio, quæ competebat ad principale debitum extincta fuit, per reſtitutionem pretij conuenti.*

3 *Intereſſe. Ius ad intereſſe tanquam acceſſorium, ſublatum cenſetur, principali ſublato.*

4 *Debitum principale, ſi reus ſoluat, antequã ad acceſſorium actum ſit, ceſſat petitio pro intereſſe acceſſorio.*

5 *Condemnatione facta ſuper principali, non poteſt agi ad vſuras.*

6 *Iudicis officium mercenarium, quando extinguatur.*

7 *Creditor, per receptionem ſortis præiudicat ſibi in acceſſorio.*

8 l. 1. C. de iudic. & l. cum ſtipulati ſumus. ff. de verb. oblig. *loquuntur, quando intereſſe expreſſe deductum, in ſtipulatione petitur, ſecus quando debetur officio Iudicis mercenario.*

## DECISIO XXIV.

Omiſſis litium circuitis, partes venerunt ad me, vt Iudicem Trib. Plebis, & expoſuerunt, quòd vnus ab altero ex iſtis emerat currus ſeptem faſcium, tradẽdorum per totum menſem Auguſti anni præteriti 1638.

Poſt cuius temporis lapſum, emptor antedictus obtinuerat condemnari vẽditorem ad reſtitutionem pecuniarum habitarũ, ſibi ſolutarum pro pretio faſcium, & cum captis pignoribus, de illis ſatisfactus

1 fuiſſet, petebat modò † pretium quantiplurimi faſces valuerunt, à tempore moræ, & allegabãtur pro parte emptoris. *l. 1. C. de iudic. & l. cum ſtipulati ſumus. ff. de verb. oblig.*

Dixi, iſtud intereſſe non deberi.

2 Primò, quia actio, † quæ competebat ad principale debitum, extincta fuit, per reſtitutionem pretij conuenti. §. 1. *inſt. quib. mod. tol. oblig.* & per † cõſequens etiam ſublatum cenſetur ius ad intereſſe, tãquam acceſſorium. *Cyn. & Bald. in l. 4. C. de poſ. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 14. ſub nu. 15. tom. 2.*

3

4 Secundo, quia, ſi antequam ad † acceſſorium actum ſit, reus ſoluat principale debitum, ceſſat petitio pro intereſſe acceſſorio, vt probat text. *in l. centum capuæ 9. verſ. eiuſq. differentiæ. ff. de eo, quod cer. loc. in l. 3. §. item Iulianus. l. vltima in fin. ff. eod. tit. l. 2. in princ. ff. ſi* [illegible] *caut. l. celſus 28. de arb. l. 1. quaſi in fin. ff. de vſur.*

5 Tertiò, quia facta † condemnatione ſuper principali, non poteſt agi ad vſuras. *l. 4. vbi Doctor. C. de*

6 *poſ.* extinguitur † enim officium iudicis mercenarium ad acceſſorium, vt ibi per DD. & *Iaſ. in l. 1. nu. 3. C. de iudic.* allegat. à *Petr. Anton. Anguiſſ. lib. 2. conſ. 7. in fin.*

7 Quartò, quia creditor per receptionem ſortis præiudicat ſibi in acceſſorio. *d. l. vltima in fin. ff. de eo, quod cert. loc.*

8 Non obſtat † *l. 1. C. de iudic. & l. cum ſtipulati ſumus. ff. de verb. obl.*

Quia dictæ leges loquũtur, cum intereſſe expreſſe deductum in ſtipulatione petitur, ſecus eſt autem, quãdo intereſſe debetur officio Iu-

diċis mercenario. *Petrus Ant. Anguſ. conſ. 7. nu. 3. lib. 2.*

*SVMMARIVM.*

1 *PRomiſſio, quando intelligatur de anno currenti, an verò de emergenti.*

DECISIO XXV.

QVidam macellarius poſt multa, tandem cõfeſſus fuit, vitulum, quem prius negabat, habuiſſe, ideò de conſenſu partium difficultas fuit reſtricta, an macellarius poſſet moleſtari ad præſens, & cogi ſoluere; an verò expectare per totum menſem Septembris anni 1639. proximè venturum, in quo annus finiebat, tempus à partibus conuentum pro dilatione ſolutionis pretij, cum tunc dictum fuerat, tibi dabo pretium hoc anno.

Alter dicebat, ipſos intellexiſſe de anni reſiduo, & ſic per totum annum 1638. proximè præteritum.

Domini dixerunt, attentis ver-
1 bis prędictis, promiſſionem † nõ de anno currenti, ſed de emergenti, incipiẽte à die promiſſionis, intelligendam eſſe. *Socin. iun. 3. conſ. 56. nu. 4. Mant. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 40. nu. 20. to. 2.* & hæc firmantur per text. in *l. eum qui calendis 41. & l. qui hoc anno 42. ff. verb. oblig.* quos ſequitur *Flor. de Sanct. Petr. in l. ita vulneratus, ſub nu. 7. ff. ad legẽ Aquil.*

*SVMMARIVM.*

1 *FOetidas artes exerceri in Ciuitate, an poſſit prohiberi.*

2 *Cloacæ purgari non debent tempore æſtiuo.*

DECISIO XXVI.

FVit dubitatum in Magiſtratu, circa artes fœtidas, de quibus multi Ciues conquæſti fuerunt, an poſſet fieri prohibitio, ne exercerentur, iuxtà vias publicas, ne malus odor infeſtaret tranſeuntes.

1 Et pro † affirmatiua concluſum fuit. *Flor. de Sancto Petro in l. æquiſſimum 17. §. fructuarius. de vſufruct. Capol. de ſer. vrb. præd. rubr. de aere.*

Contra verò imittentes fœtida in vijs publicis. *Ripa de rem. præſer. contr. peſtem. nu. 64. Plat. in l. decernimus. C. de aqued. lib. 11.* maximè tẽpore æſtiuo. *Rip. d. tit. de remed. præ-*
2 *ſer. cõtr. peſt. n. 64.* Hinc, dicit ipſe, † cloacæ purgari non debent tempore æſtatis, propter fœtorem, quo aer corrumpitur.

*SVMMARIVM.*

1 *VEnator, quando teneatur ad conſignationem leporum captorum in alieno.*
2 *Fundi dominus, contra venatorem poteſt agere actione iniuriarum, eo, quòd prohibitus, ingreſſus eſt alienum fundum.*
3 *Retia tendere in alieno non poſſumus, ſine licentia domini.*
4 *Feræ, cum ſint in nullius bonis, occupanti conceduntur.*

DECISIO XXVII.

ILluſtriſſimus quidam Senator dominus meus ſingulariſs. concorditer

Digitized by Google

ter miſit partes ad Magiſtratū, ad
effectum, vt facti narrata ſerie, de-
terminationi, quam Ampliſſimus
Magiſtratus faceret, acquieſcerēt.

Factum tale eſt.

Venator, ingreſſus fundū cuiuſdā
nobilis, ruſtico recuſante, & recla-
mante, ibi quoſdam lepores ve-
natus eſt.

Quærebatur, an ruſticus habe-
ret actionem contra venatorem,
pro eorum reſtitutione.

Magiſtratus cenſuit, venatorem
1 à † petitis per ruſticum eſſe abſol-
uendum, nec teneri ad reſtitutio-
nem, ſeu conſignationem leporum
ex venatione captorum, iuxtà opi-
nionem *Gloſ. in l. diuus 16. vbi Caſtr. nu. 4. ff. de ſeruit. ruſt. præd.*

2 Fuit tamen dictum, † dominum
fundi agere poſſe contra venatorē,
[illegible] actionem, eo, quòd pro-
hibitus, ingreſſus eſt alienum præ-
dium. *Natt. 2. conſ. 375. nu. 6. Surd. 3. conſil. 429. num. 65. & ſeq. Marc. deciſ. 530. tom. 1. & deciſ. 533.* vbi
3 dicitur, † neminem poſſe retia ten-
dere in alieno fundo ſine domini
licentia. *num. 2. fol. 199. verſo.* &
4 cum † feræ ſint in nullius bonis,
occupanti conceduntur. *Natt d. cōſ. 375. ſub nu 6.*

*SVMMARIVM.*

1 *Commodans rem, eam petere non poteſt intempeſtiuè, ſed niſi vſu finito.*

DECISIO XXVIII.

Quidam vectorinus ſuo creditori
commodauerat dolia 5. ad cu-
ſtodiēdum vinum, quæ petebat re-
ſtitui, poſt multas obiectiones, tan-
dem reſpondit, ipſum debere ex-
pectare, donec vinum inde auerte-
retur, & iure quidem. Nam com-
1 modatum † ad certum vſum, non
poteſt reuocari, niſi vſu finito. *l. in cōmodato 17. §. ſicut autem. ff. comod. Alciat.* cum alijs auct. text. in *l. conſ. 34. nu. 7. & 10. lib. 5. tom. 2. (Fran. Zoanet. tr. de empt. ſub pact. retro. nu. 105.* idem in quolibet mutuante,
& in quolibet alio creditore rem
intempeſtiue repetente, *nu. 106. & ſeq. tom. 6. p. 1. fol. 74. verſ.)*

*SVMMARIVM.*

1 *Caupo poteſt cogi hoſpitari forenſes, limita nu. 3. niſi expectaretur Ambaſciator, aut inſignis perſona.*

2 *Caupo non tenetur hoſpitari ſuſpectum de fuga, vel ſi haberet maximam quantitatem forenſium.*

DECISIO XXIX.

Quidam forenſis, poſt ſonum Aue
Mariæ, Ciuitatē ingreſſus, cau-
ponem adiuit, ante cuius
ianuam pendet ſignum publici ho-
ſpitis, & caupo noluit ipſum reci-
pere.

Forēſis recurſum habuit ad me,
ego præcepi duobus birruarijs, vt
cogerent cauponem ad illum reci-
piendum in hoſpitio; prout fuit
executum, & hoſpes gratioſè illum
recepit.

Ego, collegas meos, de hoc par-
1 ticipes feci, & fuit dubitatum, an †
poſ-

poſſet caupo compelli recipere, & hoſpitari.

Et affirmatiuè concluſũ fuit per tex. in *l. vni. §. pen. & vlt. ff. furt. aduerſus nautas*. quem dominis adducebam, cui addo *Mant. ſing. 51. n. 2. inter diuerſ. verſic. cuius contrarium*. ea ratione, dicit, quia ipſe videtur cum Republica conueniſſe, ex quo poſuit ſignũ hoſpitij ante ianuam. *Valaſc. deciſ. 37. ſub num. 3.* licet in puncto, de quo agitur, aliter ſentiat de iure Regni *Caroc. de loca. ad l. ne cui. C. loca. q. 8. Bartol. in d. l. vnic. naut. caup. ſtabul.*

2 Niſi tamen † ille, qui intrare vellet, eſſet ſuſpectus de furto, vel propter multitudinem hoſpitantium, non valeret caupo hoſpitari. *Bartol. in d. l. vnic. ff. de furt. ad naut.*
3 vel niſi † expectaretur ambaſciator, aut inſignis perſona cum familia. *Angel. in d. l. vn. furt. ad naut. caup.* vel alia legitima cauſa, quo in caſu nõ eſſet compellendus. & latè ad prædicta *Caroc. de loc. d. q. 8.*

## *SVMMARIVM.*

1 *PRomittens vnam caſtellatam vuarum, ſi vi tempeſtatis vuæ pereũt, emptor tenetur expectare, donec in alio anno iterum naſcantur.*

## DECISIO XXX.

COlonus, cuiuſdam mei conſanguinei, hoc menſe Auguſti, vocauit coram nobis, ad videndum cogi quẽdam emptorem vnius caſtellatæ vuarum, ad deſiſtendum à moleſtijs, & ne amplius ipſum inquietaret, niſi pro primo recolectu anni futuri 1640. ex quo vuæ vi tempeſtatis perierunt.

Recurſum habuit ad me conſanguineus meus, & rogauit me, vt colonum ipſius adiuuarẽ, ne cogeretur ad ſoluendum pecunias habitas pro caſtellata, à dicto emptore; ego niſi iuſtitiam promiſi, & ſuaſi, ad amicabiliter omnia terminandum, ob negotij tenuitatem, prout fuit factum me mediante, cũ alter erat meus amicus, & ordinaui, quòd † emptor expectaret ad futuram vuarum recolectionem.

Motus ex textu in *l. inter ſtipulantem 83. §. ſacram,* ibi *ſi ſtipulatus fuero ex fundo centum amphoras vini, expectare debeo donec naſcatur, & ſi natum, ſine culpa promiſſoris conſumptum ſit, rurſus expectare debeo, donec naſcatur; & ſi natum, ſine culpa promiſſoris conſumptum ſit, rurſus expectare debeo donec iterũ naſcatur, &c. ff. de verb. oblig. Mantic. de tacit. & amb. lib. 14. tit. 30. nu. 35. tom. 2.*

## *SVMMARIVM.*

1 *EQui venditor tenetur eum tradere ita ornatum, vt oſtendit.*
2 *Equo vendito, venit ſella, & frænum, niſi expreſſe ſint exceptuata.*
3 *Venditor non poteſt, ſequuta venditione, mutare ornamenta equi, ſed ea tenetur dare, quæ à principio equus habebat.*
4 *Equus, ſi fuit oſtenſus ſine ſella, & fræno, nõ tenetur venditor equi illam, & illud tradere.*
5 *Domus, ſi fuit emptori oſtenſa ſine vitreatis, illæ quoque venire debent.*

DE-

Digitized by Google

## DECISIO XXXI.

Petebat quidam proxenera, mercedem, iuxta formam bannimentorum, & ſtatuta fori mercatorum, ex cauſa equi venditi, pro quo fuerat mediator.

Emptor dicebat, nõ teneri, quia alius fuit, qui perfecit contractum non ipſe, ad probationes deuētum fuit, & ex poſt fuit facta monitio pro certa die, ad audiendam intentionem dominorum.

Hoc pendente, alio fundamēto, inſurrexit emptor, & cum procuratore informauit, dicens, non habuiſſe equum, cum fræno, & ſella, prout ſibi à principio oſtēſum fuit à dicto cozzono, cum quo tractauit, vnde ordinauit, vt ipſi ad me accederent, pro ſedanda lite, & ita fecerunt, circa quod obiectum mediator confitebatur, equũm pulitũ cum fræno, & ſella fuiſſe ipſi oſtēſum, ſed negabat, hoc illi ita promiſſum fuiſſe.

Concluſi contra mediatorem, &
1 proxenetam. Quandoquidem † equi vẽditor tenetur eũ tradere ita ornatũ, vti prius oſtendit cauſa vendendi. *l. ædiles aiunt 38. ff. de ædil. edict.* ideò benè concluſum fuit cō-
2 contra mediatorem; hæc † enim veniunt, equo vendito, niſi ſpecialiter ſint excepta. *Fulgoſ. in d. l. ædi-*
3 *les aiunt. n. 1.* Adeò quod nec † per venditorem mutari poſsũt, ſed eadem ornamenta debentur, quę etiã impoſita equo, tempore venditionis, alias de ipſis ornamentis reſtituendis agi poteſt, vt dicitur in d. *l. ædiles aiunt.* tradit etiam *Montic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9. nu. 16. verſ. hoc tamen.* ex Bald. Bartol. & Iaſon. locis ibi citatis.

4 Ità è contra, ſi † equus fuit oſtēſus ſine ſella, & fræno, non tenetur venditor equi illam, & illud tradere. *Surd. deciſ. 134. num. 8. Fab. de Mon. tract. de empt. & vend. quæſt. 6. principali ſub num. 32. tom. 6. par. 1. fol. 60. verſò.*

Qui *Surd.* in allegata *deciſ. 134. ſub n. 8. verſ. ſic igitur.* dat exemplũ, ad confirmationem per nos addi-
5 ctarum, quòd ſi domus † fuerit emptori oſtenſa, cum vitreatis, illæ quoque venire debent in venditione.

## SVMMARIVM.

1 *Anulum inueniens, an à domino ipſius poſſit petere aliquam recognitionem.*

2 *Solutum repetit ille, qui facit, quòd dominus abſque dubio faceret.*

3 *Inſolidum tenetur ille, qui ex pluribus vendentibus, ſolus in Ciuitate remanſit, ſi piſces venditi corrupti reperiantur.*

## DECISIO XXXII.

Quidam inuenerat annulum aureum, dominus anuli, qui erat piſcator, illum petebat; alter dicebat velle remunerationem, aut prætium, & velle retinere anulum, pro dolijs 3. piſcium ipſi alias venditis, dominus autem recuſabat aliquid dare, & quoad piſces, dicebat, in dd. dolijs fuiſſe inuentos piſces corruptos; Contra quod obiectum replicabatur, ipſũ

elle

eſt, paratum pro virili.

His ſtantibus difficultatibus, ſpõte poſt prandium, audientia criminali iam finita, expoſuerunt eorum reſpectiuè prætenſiones, vt ſuprà narratum eſt.

1 Domini dixerunt, quoad anulum deperditum, inuentori nihil deberi. per text. in *l. falſus 44. §. qui alienum. verſ. quid ergo. ff. de furt. Io. Anton. Trigon. ſing. 29. tom. 2.* ſecus ſi ageretur de re inuenienda. *ibid.* vltra quod ego limitarem textum illum non procedere, ſi pro re inuenienda fuiſſet neceſſe tempus, & ſeu pecunias conſumere. Nam ego

2 cõtrarium tenerem, faciens † enim, quod veriſimiliter, probabiliter, & abſque dubio faceret rei inueniendæ dominus, repetit, quod ſoluit legis iudicio, vt ſuo loco dicam (ſi Deo placuerit) in meis var. tract.

3 Et quoad piſces, ex quo † alij mercatores receſſerunt, ipſum, qui remanſit, inſolidum teneri reſolutum fuit. *Franc. Cremenſ. ex Baldo, ſing. 166. diuerſ. tom. 1.* & maximè, quia iſte confitebatur eſſe ſociũ, & morã trahere in hac Ciuitate, pro ſolutionibus piſcium recipiendis. *ibid.* & quòd plus eſt, negotium cantabat in ipſius pretẽdentis perſonam, per quod alijs omiſſis, eſſemus in tuto, quòd ſcilicet ipſe fuerit, & ſit principalis.

*SVMMARIVM.*

1 *FAbri cementarij deijcientes in terram trabem, ſi fregerunt tabulatum ſupra apothecam poſitum, tenentur ad damnum inſolidum.*

## DECISIO XXXIII.

DVo homines, de tecto trabem in via diecerũt, qui cadens, quoddam tabulatum, ſeu protectum ſupra apotheeam poſitum oppreſſit, & fregit.

Iſti, cum conductore, ſeu domino apothecæ contendebant, & me videntes pertranſire, concorditer ad me recurrerunt, & narrata facti veritate, dixi, quòd acquieſcerent, erat enim periculum, ne venirent ad arma, & quod de craſtino mane tempore noſtræ ciuilis audientiæ, hora ſolita venirent, prout, ante tamen, fecerunt, & auditis ijs, quæ nouiter ipſæ partes deduxerunt, circa diuiſionem damni, quatenus dicti fabri cementarij tenerentur illud reficere.

1 Domini, † ambos cæmentarios, ad ẽmendationẽ damni teneri concluſerunt. *l. item Mela 11. §. ſi plures trabem. ff. ad l. aquil.*

Circà verò id, quod nouiter deducebatur, fuit dictum, inſolidum vnumquemque ipſorum teneri vt per *Gloſ. in d. l. item Mela. §. ſed ſi plures. in verbo Iulianus. ff. ad l. aquil.*

*SVMMARIVM.*

1 *HÆres non promitteret ſoluere debitum teſtatoris, niſi titulus hæreditarius præcederet.*

2 *Hæres, ſi interrogatus fuiſſet, an debitum teſtatoris ſoluiſſet, ſi hæres fuiſſet, negatiuè reſpondiſſet.*

3 *Donatio non præſumitur.*

4 *Præſumendum non eſt, hæredem voluiſſe renunciare beneficio ex legis*

diſpo-

*diſpoſitione ſibi competenti.*
5 *Hæres, quod voluerit iuri ſuo, quod tot laboribus, & expenſis quæſiuit, renunciare, non eſt veriſimile.*
6 *Hæres, quod voluerit ſe in plus obligare, quam ipſe prius fuerit obligatus, non eſt credendum.*
7 *Promiſſio ſemper eſt intelligenda, ſaluo beneficio ſibi competenti.*
8 *Legata omnia promittens ſoluere intelligitur, quatenus teneatur, & ſaluo beneficio inuentarii.*
9 *Iactare velle ſuum, nemo præſumitur.*
10 *Pauper in neceſſitatibus liberalis non exiſtit.*
11 Angelus conſ. 31. *declaratur volens inuentarium in propria obligatione hæredi non prodeſſe. & ſub nu. 15.*
12 *Hæres nouando actionem hæreditariã, de proprio tenetur.*
13 *Hæres, ſi ſe obligat, cum propria obligatione, vti hæres cum beneficio legis, & inuentarij, non tenetur vltra vires.*
14 *Confeſſio, quando ſcindi non poſſit.*
15 *Conuentio, ſi eſt facta per viam ſimplicis recognitionis, non operatur remiſſionem inuentarij.*
16 *Nouatio non præſumitur, niſi probetur.*
17 *Verba, vti hæredem, &c. quando ſient demonſtratiuè, & quando ſuppoſitiuè.*

## DECISIO XXXIV.

FVit dubitatum, an exceptio hæredis debitoris, dicentis, verè promiſiſſe cum propria obligatione bonorum ſatisfacere creditori, retento primo hæredis titulo, & caſu quo hæreditas non eſſet ſoluendo, poſſet ipſum hæredem ita liberare, ne teſtatoris debitum prætenſum ſoluere teneretur.

Domini, in caſu deficientiæ bonorum defuncti, de qua non erat controuerſia, iudicarunt dictum hęredem de ſuo nõ teneri debitum
1 perſoluere; In primis, † ratione cauſæ finalis, quæ ex promiſſione deducitur, quam non feciſſet iſte, niſi præcederet tit. hæreditarius, & eſſet hæres. *Rot. Rom. deciſ. 700. ſub num. 1. in poſt. t. 1.* Alia .n. cauſa deduci non poteſt, quam hæredi-
2 tatis; nam aliàs † interrogatus debitor, dixiſſet, nolle alienum æs ſoluere, quod in ſe habet multam æquitatem. ex Monticul. & alijs.
3 *Franc. deciſ. 323.* qui addit, † donationem tunc præſumendam nõ eſſe.
4 Non eſt enim † præſumendum, ipſum hæredem voluiſſe renunciare beneficio ex legis diſpoſitione ſibi competenti. vt *Rota in dd. poſthum. deciſ. 700. ex l. in prætorijs. ff. de prætor ſtipul. nu. 2. poſt med. Frãc.*
5 qui *deciſ. 323. nu. 3.* dicit, † non eſſe veriſimile, quod hęres renunciare voluerit iuri ſuo; quod tot laboribus, & expenſis quæſiuit, &
6 quod † voluerit ſe in plus obligare, quam per prius fuerit obligatus. *Gratia. 3. diſcept. c. 553. nu. 36.*
7 & promiſſio † ſemper eſt intelligẽda, ſaluo beneficio ſibi competente. idem *Gratia. 2.* in his terminis, *diſcept. cap. 34. nu. 32. Lancellot. de attent. tert. p. cap. 26. nu. 79.* Vndè
8 promittens † ſoluere omnia legata, intelligitur, quatenus teneatur, ſaluo beneficio legis, & inuentarij. *Gratia.* qui dicit, hoc multum notandum ex Baldo, *diſcept. d. cap. 34. num. 33.*

9 Nec eſt præſumendum, † quem
velle, debita aliena ſoluendo, ia-
ctare ſuum. *l. cum de indebito. ff. de*
10 *prob.* & maximè in paupere, † qui
in neceſſitatibus liberalis non præ-
ſumitur. *l. rem legatã. ff. de adim leg.*
11 Angel. † *conſ.* 31. quem ſequütur
cum alijs *Franc. Ant. Coſta. conſ. 77. nu. 607. Surd. conſ. 540. nu. 17. Cyriac. 2. controu. 290. nu. fin.* non fuit
viſum obſtare; quandoquidem
iſte, aſtrictus deuenit ad ſimilem
promiſſionem, ſecus ſi voluntariè,
& ſimpliciter ſe obligaſſet; nam
tunc benè Angeli auct. & ſequa-
ciũ procederet. vt in terminis præ-
ciſis declarat *Rota. in poſth. tom. 1. deciſ. 700. ſub nu. 1. in fin.* ita ſentit,
ſi videatur *Peregr. deciſ. 18. nu. 14.*

Vel ego addo, quòd Angel. do-
ctrina forſan haberet locum, ſi non
12 vti † hæres propria bona obligaſ-
ſet, ſed indiſtinctè ſoluere promi-
ſiſſet, nouando actionem hæredi-
tariam, vt reſpondendo contrarijs,
cõſideraui *Maſtrill. deciſ. 260. n. 22.*
13 Secus † ſi vti hæres, & cum benefi-
cio legis, & inuentarij, hoc facit,
nam tunc non teneretur ipſe vltra
vires. *ibid.* hoc firmat etiam *Petruc. conſ. 63. nu. 3.* dicens, teneri, ſi ſim-
pliciter ſe obligaſſet, ſecus ſi adie-
cta qualitate, vt hæres; nam tunc
taxatiuè, & qualificatiuè diceretur
obligatus, & ſic non teneretur, niſi
modo limitato, & cum qualitate,
14 qua promiſit, quæ † confeſſio, &
qualitas ſcindi, nec ſeparari po-
teſt. *ibid. Gratian.* pariter *diſcept. cap. 34. nu. 29 verſ. quia.* vbi ſi actio
antiqua non eſt nouata, tunc attẽ-
ditur origo, & principium obliga-
tionis, & Maximè quando finis ha-
bet neceſſariam conſequentiam ad
principiũ. *ibid. nu.* verò 31. ponit,
15 quod vbi conuentio † eſt facta per
viam ſimplicis recognitionis, non
operatur remiſſionem inuentarij.
& alibi idem *Cratian. tom. 3. cap. 553. nu. 31.* dicit, contraria pro-
cedere, quando conſtat de mente
promittentis, ita voluiſſe ſe obli-
gare. & *num. 33.* vult Angelum,
non obſtare, ne dum quia verum
non eſt, quòd per iſtam obligatio-
nem collatur inuentarij priuile-
16 giũ, ſed etiam quia nouatio † ho-
diè non inducitur, niſi expreſsè di-
ctum ſit, propter incompatibilita-
tem, eſt text. in *l. fin. C. de nouat.*

Non obſtat, quòd benè nõ con-
ſtat debitorem adieciſſe vltimo lo-
co hanc qualitatem, *vti hæredẽ, &c.*
quia præterquam quòd ſatis de
hoc liquet ex propria partium cõ-
feſſione, ſatis eſſet conſultum de-
bitori, ex eo, quod apparet de cau-
ſa ſuæ obligationis. *Gratia. diſcept.*
17 *cap. 553. nu. 37.* dicta † enim verba
ſtant nedum demonſtratiuè, ſed
ſuppoſitiuè. *ibid.*

## SVMMARIVM.

1 *IVdex, terminum iuris inductum à lege miſerationis cauſa, tollere non poteſt, ſed ex cauſa.*

2 *Dilatio, ſeu terminus ad ſoluendum datus à lege, abbreuiari an poſſit.*

## DECISIO XXXV.

Debitor condemnatus petebat ſi-
bi dari terminum iuris inductũ
à lege miſerationis cauſa, aliqui
ex Dominis dicebant, hunc eſſe di-
uitem,

uitetur, & hoc facere malitioſè, & vt creditoris ſatisfactionem in longum protraheret; & ſic erant diſcordes. Ego tanquam Iudex, & Doctor, ad quẽ pondus Magiſtratus circa ius reddẽdum ſpectabat;
1 Reſolui, terminum petitum, † Iudicem non poſſe tollere omnino, ſed ex cauſa minuere, prout minutus fuit, attento, quòd idem debitor prorupuit in his verbis: *hò li denari, ma non ve li voglio dare, gli hauerete quando potrete*. me fundaus in *l. promiſſor ſtichi* 21. §. *ſi fine. ff. de conſt. pec. Roman. ſing.* 465. *tom.* 1. inter diuerſ. Iudex enim ex cauſa poteſt terminum legalem protogare, & reſtringere. *Hond.* 1. *conſ.* 27. *nu.* 40. ex Alex. & Marant.

Et Dominis dixi, quòd ſi dicta verba non oſtendiſſent malum animum debitoris, ego illi conceſſiſſem totam dilationem, quæ minui non poſſe videtur, per text. in *l. ſi ſe obtulit* 4. §. *ſi quis condemnatus. ff. de re iudic.* & † quòd non poſſit abbreuiari tempus parti indultum à lege, conſuluit *Alciat. conſil.* 13. *num.* 8. *lib.* 4. *tom.* 1. Attenta tamen dicta cauſa, qua prætendebat debitor, legem, Magiſtratum, ac creditorem decipere, ita, prout ſupra fuit reſolutum, terminum minuendo.

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor ouorum, quando teneatur de periculo, & fractura ipſorum.*
2 *Venditor, quando teneatur de periculo rei venditæ.*
3 *Cuſtodiam rei, qui habet, ex magna vi excuſatur, ſecus ſi pecuniam, & mercedem, pro cuſtodia receperit, nam tũc de periculo rei, ob cuſtodiã non adhibitam, non tenetur.*

## DECISIO XXXVI.

VNus ex noſtris Maſſarijs emerat vnam ouorum ciſtam, & pretiũ ſoluerat ruſtico venditori, cui etiã donauit bonen. 2. vt ea ad domum ipſius emptoris portaret.

Euenit, quòd in ſtrata nuncupata de Foro medij, ex rumore, & impetu quorundam de populo, denudatis enſibus, oua confracta fuerunt.

Præſentialiter coram me, & duobus ex Dominis, factum expoſuit,
1 nos autem cenſuimus, † ipſius emptoris periculo hoc accidiſſe, quia per ipſum emptorem ſtetit, quominus oua traderentur. *l. lectos* 12. *ff.*
2 *de peric. & com. rei vend.* quia, † aut venditor non tenebatur ad custo-
3 diam, vt in *l.* 1. *ff. eod. tit.* Vel † ſi tenebatur cuſtodire, ex magna vi excuſandus venit. *l.* 2. *in fin. ff. eod. tit. l. ſi ea res* 31. *ff. de act. empt. Menoch. conſ.* 353.

Replicauit ipſe, quod dederat ipſi venditori bonen. 2. fuit reſponſum, quod bonen. 2. non reſpiciebant cuſtodiam, ſed laborem portandi oua ad ipſius domum, alias ſi ipſe ruſticus accepiſſet mercedem pro cuſtodia, teneretur de periculo ob cuſtodiam non adhibitam. *Azon. in ſumm. C. de locat. num.* 15. *verſic. idemque.* per tex. ibi alleg.

Maſſarius, his auditis, acquieuit.

*SVMMARIVM.*

1 *EMptor, quo pretio teneatur ſoluere frumentum venditum.*
2 *Fructus poſſunt æquis pretijs taxari, ne Annona oneretur.*

## DECISIO XXXVII.

FVit dubitatum, an poſſet cogi quidam emptor frumenti ad ſolutionem pretij, de tempore quo valebat, quando fuit emptum, & videlicet de anno proximè præterito 1638. an verò ad rationem lib. 10. prout venditor prætendebat quibuſdam ſuis colonis vendidiſſe.

Et concluſum inter nos fuit, em-
1 ptorem † teneri ſoluere pretium. dicti frumenti ad rationem Calmerij tunc currentis, & non vltra,
2 & ſic pro lib. 9. poſſunt † enim fructus æquis pretijs taxari, ne Annona oneretur. ex text. *l. annonam 6. circa med. ff. de extraord. crim.* quem ſequitur *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 4. nu. 11. tom. 1.*

*SVMMARIVM.*

1 *LAceratus ſcripturam coram Iudice, qua pœna puniatur.*
2 *Probatur delictum eo ipſo, quòd fuit in præſentia Iudicis commiſſum.*
3 *Iudex poteſt eos punire, qui coram ipſo ſe iniuriant, & immoderatè loquuntur.*
4 *Ira, & primus impetus, quando excuſationem habeant.*
5 *Iuramento illius, in cuius præiudiciū lacerata eſt ſcriptura, ſtatur contra laceratem, de contentis in ipſa.*

## DECISIO XXXVIII.

IN audientijs publicis iſti de Plebe, qui habere modum neſciunt, aliquando, poſtpoſita debita reuerentia, quæ Magiſtratibus, & Iudicibus debetur, inuicem ſe iniuriant, & immoderatè, ac exceſſiuè loquuntur.

Euenit, quòd vnus ira accenſus, accepta liſta de manu ſui aduerſarij, in publico, coram Dominis illā lacerauit; Quapropter Domini illum in carcerem detrudi mandarunt.

Et ſuper hoc fuit maturè diſcur-
1 ſum, & † reſolutum, talem poſſe extraordinaria pœna puniri. *Roman. ſing. 381. & ſing. 514. tom. 1.* poſt multos ibi allegatos, abſque
2 alia probatione, eo † quia cum delictum fuerit commiſſum in conſpectu Iudicis pro tribunali ſedentis, alia probatio non exigitur. *Anton. Corſet. ſing. 87. tom. 1.*
3 Poſſunt enim † litigantes ſe iniuriātes, & immoderatè, & exceſſiuè loquentes, à Iudice pro tribunali ſedente, eius arbitrio puniri. *Marſil. ſingul. 549. tom. 1.* poſt gloſ. & alios. *Nigr. ad conſt. Regn. de cauſ. crim. vel ciuil. nu. 14. 15. 17. & ſeq. fol. 207. (Iodoch. in prax. cap. 21. nu. 18. Puteus de ſynd. in par. Iudex.)*

Fuit etiam ſuper hoc dubitatū, an iracundia poſſet ipſum temerarium excuſare, & ſuper cōtentis in ſcriptura, quid eſſet determinandum, poſtquam ipſe debitor aufugerat, iam ſcriptura ad nihilum propter lacerationem, redacta.

Ad primum dubium, fuit reſolutum,

4 lutum, † propter primum impetũ, & iracũdiam aliquam admitti exenſationem (vt inſtanter quidam Magnatus, & potens humiliter pro eo petebat hac de cauſa veniam.) ſed non tantam, quæ delinquentem omninò à pęna immunem redderet. per tex. in *l. 16. ff. de pæn.* pęna tamen eſtraordinaria dicta ira, attenta, eſſe puniẽdũ, mitius agendo, & hoc ne detur anſa temerarijs contemnendi Magiſtratus, & Iudices, & vt latius dicam in tract. var. de Iudice, ad quæ me remitto in hoc.

5 Ad ſecundum, de contentis † in ſcriptura lacerata ab aduerſario, fuit dictum, ſtandum eſſe iuramento alterius partis. *Dec. conſil. 521. num. 18.*

*SVMMARIVM.*

1 *Expenſæ modicæ, ex quibus probentur.*

2 *Iuramentum, an ſit ſufficiens probatio circa expenſas factas.*

DECISIO XXXIX.

IN medicis ſummis, † prout in minimis expenſis, Magiſtratus ſem-
1 per † cenſuit ſufficere coniecturas, & ex ſolo libro, attenta maximè qualitate ſcribentis probari. *Feder. de ſen. conſ. 319. nu. 5. Paul. de Castr. in conſ. 301. nu. 3. lib. 1. Bald. conſ. 117. num. 2. lib. 2. & conſ. 413. num. 6. lib. 3. conſ. 356. in fin. lib. 5. Ancharan. conſ. 44. ſub nu. 6. verſic. Quærò quia. Abbas conſ. 36. ad fin. lib. 2. Rot. in recent. deciſ. 303. nu. 1.*
2 *par. 2.* & per † iuramentum. *Bald. conſil. 152. poſt med. verſ. & verum. lib. 3. Roman. conſ. 76. ſub nu. 4. verſ. & tantò magis. Socin. ſen. conſ. 82. ſub nu. 22. lib. 2.* Ad prædicta videatur meum *conſ. 67. lib. 1.* (*& Flam. Rub. conſ. 29. nu. 59. lib. 2. & nu. 10.*)

*SVMMARIVM.*

1 *MAritus, qui alere tenetur vxorem, medicamenta quoque tenetur præſtare.*

2 *Medicamenta veniunt appellatione alimentorum.*

3 *Alere qui tenetur, medicinas quoque ſubminiſtrare tenetur.*

DECISIO XXXX.

AROmatarius quidam in ius vocauit maritum ægrotæ vxoris, pro habendis pecunijs medicamẽtorum, Ego ante audientiam Ciuilem, ex quo caſum partes propoſuerunt per me reſoluendum, contra maritum allegantem, ipſum aromatarium teneri agere contra vxorem, executionem commiſi: ea præcipuè ratione, quia eſt certiſſi-
1 mum in iure, † maritum, qui alere tenetur vxorem, poſſe aſtringi illi medicamenta præſtare. *l. ſi cum dotem 23. §. ſin autem in ſauiſſimo. ff. ſol.*
2 *matrim.* Nam † medicamenta veniunt appellatione alimentorum, vt ex *d. §. ſin autem, & in l. verbo victus 43. ff. de verb. ſignif.*

3 Et coniuncti, qui † ad alendum aſtringuntur, medicinas quoque ſubminiſtrare tenentur. *Bart. in l. legatis 6. nu. 2. ff. de alim. & cib. leg. Thom. Act. de infirmit. leg. par. 1. cap. 47. nu. 23. & cap. 48. nu. 9.*

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *POnderibus falſis, qui ſciens, rem emit, non poteſt emptionem retractare.*

## DECISIO XXXXI.

EMerat quis ſalmenta quædam, ac alia ad vſum lardariæ, ſed poſtea pœnituit, & contra venditorē prætēdebat ſibi reſtitui pecunias, venditionemq; fore, & eſſe retractandam, ex quo ſtatera, ſeu pondus, quo ipſa ſalmenta fuerunt ponderata, erat falſum.

Fuit interrogatus emptor, an ſcitet ſtateram non eſſe iuſtam, quando emit, & ponderatio fuit facta; affirmatiuè reſpondit.

Vnde Domini mandarunt, venditionem retractandam non eſſe, ſed fieri emptori reſarcimentum incontinenti de eo, quod deficiebat, abſque lite, prout ab ipſis factum fuit circuaſcripta citatione, & acquieuerunt. Et non ſine
1 ratione, quia † ponderibus falſis, qui ſciens, rem emit, non poteſt emptionem retractare. *l. arbitrio 19. §. de eo. ff. de dolo. Aſin. in l. ex conſenſu. num. 4. ff. de relig. & ſumpt. fun.*

*SVMMARIVM.*

1 *TOrquis aurea, ſi in pado cecidit, culpa alterius, damnum ſpectat ad eum, qui cauſam damni dedit, non ad dominum, cui datur actio in factum.*

## DECISIO XXXXII.

DVo piſcatores Bononienſes in pado, extra Ciuitatem Ferrariæ exiſtētes in quadam nauicula, torquem auream vnus ex ipſis in manibus habens, alter de eius manu accipere contendebat; vnde cecidit in pado, & perdita fuit.

Dominus, ab altero, pretium petebat, & concorditer venerunt abſque lite ad Magiſtratum, qui omnibus auditis, & diligenter cō-
1 ſideratis; cenſuit, † reum teneri ad ſolutionem torquis. per text. in *l. ſi ſeruus 27.* in terminis. *§. ſi quis de manu. ff. ad l. aquil. l. qui ſeruandarum 15. §. ſed et ſi calicem. ff. de præſcript. verb.* & in puncto eſt de anulo. tex. in *l. duo 23. ff. eod.*

*SVMMARIVM.*

1 *VSufructuaria, an poſſit vendere mobilia, in quibus habet vſumfructum, vt ponat pretium ad honeſtum lucrum; & pro affirmatiua concluditur, cū ratione ibi expreſſa.*

## DECISIO XXXXIII.

FVit citata quędam mulier vſufructuaria quorundam mobilium, ad videndū ordinari, ipſam debere deſiſtere à venditione dictorū mobilium; partes, in illa die, qua cadebat citatio, inter ſe coram notario contendebant; interim inuiderunt, & factum expoſuerunt; vndè omnibus auditis, licet non in audientia, cum agebatur de artificibus, & perſonis, quæ tempus

con-

conſumere in litibus non debent, mandaui mulieri petenti, licētiam vendendi dicta mobilia fore, & eſſe concedendam, ſed teneri, prout inſtabat, pretium penes aliquem tutum mercatorem ad honeſtum lucrum ponere, vel inueſtire.

1 Motus, quia † finito vſufructu eſt in electione vſufructuarij huiuſmodi rerum mobilium, reſtituere res ipſas, vel ſimiles in eadem qualitate, vel æſtimationem. *l. ſi tibi 7. ff. de vſufr. earum rer. quæ vſu conſum. Alex. conſ.* 120 *lib. 6. Pedroch. conſ. 7. num. 18. (Bellon. conſ. 14. num. 2.) Marcab. conſ. 75. nu.* 10. & ita fuit per partes amicabiliter executum, cum præſentia proprietarij, qui conſenſit, vt ad lucrum ponerentur penes D. Ludouicum de Magiſtris.

*SVMMARIVM.*

1 *PEtens actum fieri, expenſas illius ſoluere tenetur, etiam quòd vtilitas ſecundariò redundaret alteri parti.*

2 *Expenſis vtriuſq; partis actus cõſumatur, ſi Iudex ex officio procedit.*

3 *Vtilitas, ſi eſt communis, & expenſa quoque communis eſſe debet.*

## DECISIO XXXXIV.

PLacuit Magiſtratui, quòd † qui petebat actum fieri, expenſas †
1 ſolueret. ex text. in *l. ſed et ſi hæreditas 11. §. quo autem. verſ. proinde. ff. ad exhib. Iaſon. in l. prætor ait. §. is etiam. ff. de edend.* etiam quod vtilitas ſecundario redundaret alteri parti *l. quoniam liberi. C. de teſtib.*
2 ſecus ſi † ex officio Iudicis hoc fiat, non parte petente, quia vtriuſque expenſis actus conſumari debet. *Iaſ. in d. §. is etiam. ſub nu. 9.*

Quando verò cõſtabat partium
3 † principalē, & præcipuam æqualiter fuiſſe vtilitatem, ambo pariter teneri ſoluere expēſas, & obligatos eſſe. per tex. in *l. ſed et loci 4. §. ſed et ſi menſor. ff. fin. regund.*

*SVMMARIVM.*

1 *EXecutores poſſunt à Iudice mitti ad domum artificis, aliquibus concurrentibus.*

## DECISIO XXXXV.

COnquærebatur quidam lardarolus, quòd de meo ordine tran-
1 ſmiſſi fuiſſent executores, † in eius domo ad perquirendum carnem porcinam, cum aliqua ego intellexeram, in detrimentum Ciuium, & Reſpublicæ fieri.

Domini optimè actum fuiſſe dixerunt tribus concurrentibus, prout concurrebant. Primò, ſi huiuſmodi inueſtigatio fiat ad publicam vtilitatem. Secundò, ſi adſint inditia circa id, quod ſupponitur.

Tertiò, ſi res ex poſt facto appareat in loco adeſſe, vt latè per *Alciat. conſil. 16. num. 1. & ſeq. tom. 2. lib. 7.* in quo conſilio ſufficienter conſtat de arbitrio, quod habet Iudex in ſimilibus, maximè ſi criminaliter intendat procedere; ſed quia hec ex ſe clara, & valdè ſum in negotijs detentus, cum Alciato, & praxi inueterata tranſeo, &c.

*SVM-*

### *SVMMARIVM.*

1 *Expenſæ ſunt faciendæ de bonis maleſactoris, niſi tamen maleſactor non eſſet ſoluendo.*

2 *Debitor carceratus eſt alendus à creditore, & ab ipſo expenſæ ſunt faciendæ.*

3 *Expenſæ ſunt communes, ſi vtilitas eſt communis.*

4 *Expenſæ præſtantur ab eo, qui petit aliquem remitti ad talem locum.*

## DECISIO XXXXVI.

EVenit aliquandò, quòd in capiẽdo malefactores de ordine Magiſtratus, occurrit diſputare, an expenſæ eſſent ſoluendæ de ipſius capti bonis, qui cauſam dedit expenſæ.

1 Et affirmatiuè † fuit concluſum, ex *Bartol. in l. lege cornelia. ff. ad ſyllan. Angel. in l. lege cornelia. §. ſi quis liberum. nu. fin.* diſtinguit. *(P. Cat. in l. fin. C. de organ. milit. ano. lib. 12.) Boer. deciſ. 303. ſub num 5. verſ. omnia enim. quaſi in fin. numeri. Couar. pract. quæſt. cap. 11. num. 11. (Put. de ſind. in parte carcer. in cap. an carceratus.)* quem adducit idem *Boer. in d. ſua deciſ.* niſi talis eſſet non ſoluendo. *l. mulier. in opus ſalinar. 6. ff. de capt. & poſt lim. reuerſ. Bald. in cap. 1 hic ponitur. lex, &c. in vſib. feud. ſub nu. 3. Bartol. in d. l. lege cornelia. ff. ad ſylla.* & cæteri omnes allegati contra delinquentem. Et
2 niſi † captus ſit ad inſtantiam, & fauorem creditoris, quia nedum expẽſis creditoris, hoc fieri debet, ſed ab eo eſt alendus, *Boer. dicta deciſ. 303. ſub nu. 2.* vbi *ſub nu. 5.* di-
3 citur, quòd † ſi de communi vtilitate agatur, circa prędictaſuperius allegata, tunc expreſſa quoque de-
4 bebit eſſe communis; vel ſi quis † peteret remitti ad aliquem locum, nam tunc ipſius expenſis petentis remiſſio fieret. ibid. & alibi, etiam *Couar. d. cap. 11. ſub nu. 11.*

Ad prædicta multa cõgerit *Aufrer. cap. Tholoſ. q. 100.* & videatur *Gherard. ſing. 78.*

### *SVMMARIVM.*

1 *REdhibitoriæ pro re vitioſa non eſt locus, ſi vitium eſt patens ad oculum, ſecus ſi vitium nõ ſit patens.*

2 *Vitium patens non tenetur venditor denunciare.*

## DECISIO XXXXVII.

PLuries in Magiſtratu fuerũt propoſitæ difficultates ſuper quæſt. an emptores poſſent agere redhibitorie contra venditores pro rebus defectuoſis.

Et fuit ſemper per Dominos fa-
1 cta diſtinctio, quod, † aut vitium non eſt patens, & tunc ſi ſimpliciter facta ſit venditio, tenetur emptor de rei defectu. Aut vitium eſt patens ad oculum, & tunc venditor non tenetur emptori pro vitio rei manifeſto, & patenti, & tali caſu certum eſt non dari redhibitoriam. *l. 1. §. ſi intelligatur. l. quæritur 14. §. fin. ff. de ædil. edict. Sued. deciſ. 146. nu. 1. & 19.* ea ratione,
2 quia † vitium patens, non tenetur venditor denunciare. *Bim. 1. conſ. 12. num. 37.*

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor ſecundus pellium, qui illas marca ſua ſignauit, præfertur primo emptori.*

2 *Signum appoſitum in rebus, importat ipſarum traditionem.*

3 *Emptor ſecundus, cui res fuerunt traditæ, præfertur primo.*

4 *Dominium probatur ex ſigno, & marchis.*

## DECISIO XXXXVIII.

Pelles venditę duobus emptoribus, prætendebantur ab vno quoque ipſorum; anterior dicebat præferri per reg. prior in tempore, potior in iure. *l. qui prior. ff. de iudic. l. qui balneum. & l. qui potior. ff. qui pot. in pign. hab.* Alter licet poſterior, allegabat, ſe habuiſſe pelles, & eas repoſuiſſe proprio ſigno marchatas, & in propria apotheca. Replicabatur, nedum à venditore, ſed ab altero ex emptoribus, ipſum conueniſſe venditorem redhibitoria, eo quia pelles erant pretij inferioris, & malæ conditionis, quam reſpectiuè fuerant venditæ, & promiſſæ.

Nos tamen, quia re integra, medio Excellentis Procuratoris D. Camilli Franchij fuerat hæc diſcuſſio amicabiliter compoſita.

Diximus circa aliam difficultatem, præferri poſteriorem emptorem, qui habuit pelles, & illas marchauit, prout ſic amicabiliter dictæ partes, etiam pro vero approbarũt, ſi itum recedentes à lite, circunſcripta in ius vocatione. Et hoc non
1 ſine ratione; quandoquidem, qui † ſignauit pelles marcha ſua, altero aſſentiente, & tradente; requiſitum deductum à *Maſcard. de probat. cap. 1048. nu. 14.* licet poſterior tempore, deberet tamen præferri. *Roman. ſingul. 285. tom. 1. diuerſ.* & ibi
2 add. quia † ſignũ appoſitũ habetur pro traditione. *Maſcard. d. concluſ. 1048. nu. 10. & ſeq.* (quæ tamen adhuc facta fuerat verè, & effecti-
3 uè, quod eſt plus.) Ideo, & † ipſum, licet poſteriorem debere præferri, cum erat facta prius ipſi traditio, non dubitauimus. *Roman. ſing. 382. eodem tomo pr.* videntur *Alciat. tom. 3. lib. 8. conſil. 90. nu. 1.* & *tom. 1. lib. 1. conſ. 12. n. 35. & tom. 3. lib. 8. conſ. 95. nu. 6. Dero. conſ. 164. nu. 14.* per tex. in *l. quoties. C. de rei vend. & l. multum intereſt. in fin. C. ſi quis alteri, vel ſibi.* niſi tamen adeſſet mala fides, vt declarat *Burat. deciſ. 772. nu. 7.*

4 Probatur † enim poſſeſſio, & dominium per ſtigma, & ſignum, vt ego dixi in meo *conſ. 67. n. 30. lib. 2. Maſcar. de prob. concl. 92. concl. 157. nu. 3.* per text. *l. ſtigmata. C. de fabr. lib. 12. concl. 160. nu. 3.* qui allegat tex. in *l. quod ſi neque. in fin. ff. de peric. & com. rei empt. & concluſ. 551. tom. 1. Menoch. lib. 3. præſ. 64. nu. 7.*

*SVMMARIVM.*

1 *Emptor, qui retinuit rem per annum, & non declarauit ſe non diſplicentiam, an audiri poſſit, ſi velit venditori reſtituendam eſſe, ex quo ſit vitioſa.*

E DE-

## DECISIO XXXXIX.

POſt annum, & vltra, quidam petebat merces ſibi venditas, venditori reſtitui, ex qon erant macnlis aſperſæ; alter, ideſt venditor, reſpondebat, non teneri, ex quo dictus emptor nũquam declarauit ſuam intentionem; immò cum ad manus multorum tranſitum feciſſent, intendebat dictum emptorem non amplius audiri poſſe.

1 Domini dixerunt, † rem non eſſe integrã, vt poſſet emptor modo declarare diſplicentiam; quandoquidem à lege eſt ſtatutus terminus 60. dierum. *l. quod ſi nolit 31. §. ſi quid ita. ff. de ædil. edict. Roman. ſingul. 713. & ſingul. 776. tom. 1. diuerſ.*

*SVMMARIVM.*

1 *Legatario, cui fuerunt relicti currus 2. lignorum, vel lib. 12. quolibet anno, ſi hæres per duos annos dedit ligna, an poſſit variare dando pecunias. & nu. 2.*

## DECISIO L.

LEgauit quidam 2. currus lignorũ certo ſuo amico, donec viueret,
1 vel libras 12. Hæres pro † duobus annis dederat ligna, non pecuniã; Tertio anno variare volens, & dare pecuniam, recuſauit ipſam legatarius accipere, dicens, quòd cũ electio ſemel facta fuerat per hæredẽ, quòd amplius variationi locus eſſe non poterat.

Contrarium fuit deciſum ami-
2 cabiliter, quia † in præſtationibus annuis alternatiuè conceptis, licitum eſt quolibet anno variare. *l. ſi ſterilis 22. §. fin. ff. de action. empt.*

*SVMMARIVM.*

1 *PEritorum electio, non ad Iudicem, ſed ad partes pertinet, niſi in caſu diſcordiæ, vel abſentiæ, amplia procedere in tertio.*

2 *Periti debent eſſe de cõfidentibus partium.*

3 *Peritis electis, & eorum relationibus eſt ſtandum.*

4 *Periti debent ante omnia iurare; limita, niſi ſemel à principio tales iuraſſeat, vel concorditer electi fuiſſent à partibus; quo in caſu iurant de credulitate.*

5 *Periti non debent referre, ſi partes non audierint.*

6 *Peritis, vt ſtetur, duo eliguntur, & an vnus ſufficiat, ſi alij inueniri non poſſunt.*

7 *Impoſſibile. Ad impoſſibile nemo tenetur.*

8 *Peritus vnus non ſufficit in rebus arduis.*

9 *Periti, ſi arbitrati non fuerint, alij poſſunt adhiberi.*

10 *Peritis diſcordantibus, tertij peritiores ſunt eligendi.*

11 *Iudex poteſt partes cogere, vt tertiũ eligant.*

12 *Tertio etiam diſcordanti, ſtatur.*

13 *Periti ſunt quaſi iudices, non propriè teſtes.*

14 *Peritia ſemper poteſt corrigi per magis peritum.*

15 *Periti. In peritis eſt magis iudiciũ, quam teſtimonium.*

16 *Periti adhibentur ad iudicandum ſecun-*

*eundum peritiam artis ſuæ.*

17 *Periti, tanquam arbitratores admittuntur ad æſtimandum.*

18 *Periti appellantur arbitri.*

19 *Peritis ſtatur, niſi de contrario doceatur; ſtatur tamen Iudicis arbitrio.*

20 *Peritis magis creditur in concernentibus eorum artem, quam alijs, qui de eo, de quo quæritur, non ſunt verſati.*

21 *Peritorum, maiori parti ſtatur.*

22 *Peritis rationem reddentibus magis creditur, quam alijs, & eis, qui veriſimiliora dicunt.*

23 *Periti, ſi diſcordent, peritioribus eſt ſtandum.*

24 *Peritis dicentibus morbum adeſſe, magis creditur.*

25 *Peritorum iuditia nunquam tranſeunt in iudicatum.*

26 *Sententia lata ex relatione peritorum, nunquam tranſit in iudicatum.*

27 *Æſtimatio malo à Iudice corrigitur, alijs adhibitis æſtimatoribus.*

28 *Iudex poteſt peritorum relationes emendare.*

29 *Peritorum relationes Iudex ſequi non tenetur, & aliundè poteſt de veritate relationis perquirere.*

## DECISIO LI.

Occurrit ſæpè de peritis eligendis ſuper æſtimatione rerum faciendа, vel de bonitate, ſeu vitio rerum cognoſcendo, diſputare, Ideò Magiſtratus ſemper hanc praxim tenuit, ac ordinem reſpectiuè ſequutus fuit, videlicet.

1 Peritorum † electionem pertinere certum eſt ad partes, non ad Iudicem, niſi in caſu diſcordiæ, vel abſentiæ. *l. in venditione 8. §. fin. ff. de bon. auct. iud. poſſ. Surd. conſil. 452. nu. 36. Paſett. conſ. 203. nu. 1. Gratia. deciſ. 32. num 1. Dec. in c. propoſuiſti. nu. 39. de prob. Felin. in c. ſuper quæſtione. §. verum nu. 11. de off. deleg. & in cap. propoſuiſti. num. 6. de prob. Iaſ. in l. vltima. nu. 4. C. de iud.* De-
2 bent enim † eſſe de confidentibus partium. *Cyriac. 3. contr. 459. nu. 23.* quæ in tertio etiam elegendo procedũt, niſi tamen pars eſſet in mora eligendi. *Gabriel. 1. conſil. 168. q. 8. nu. 100.* Quibus ita de partium
3 conſenſu electis, † eſt ſtandum, & eorum relationibus, niſi doceatur de errore. *l. hac edictali. §. his illud. C. de ſecund. nupt. Porſ. 1. conſil. 96. nu. 32. Rot. in recent. p. 1. deciſ. 531. nu. 1. ex Felin. in c. propoſuiſti. num. 6. de prob. Gloſ. in l. item ſi vnus. §. principaliter. in verbo auctoritati. in fin. de arbitr. Alex. nu. 4. Iaſon. num. 7. ff. de verb. oblig.* quod illis regulariter ſtetur. ſunt text. in *l. ſeptimo menſe. 12. ff. de ſtat. hom. l. 1. §. fin. ff. de verb. oblig. l. 1. §. 1. ff. de vent. inſp. l. fin. ff. de ſiccar. l. ſemel 6. C. de re milit. l. 12. l. quoties 2. C. de pond. auri. lib. 10.*

4 Et iſti periti debent † ante omnia iurare, alias ipſis non crederetur. *Surd. 3. conſil. 368. num. 20. & conſ. 452. nu. 42. Ruger. conſ. 38. nu. 48. p. 1. Mazzol. conſ. 120. num. 74. Sichard. in l. hac edictali. §. his illud. nu. 10. C. de ſecund. nupt. Ruſtic. ad l. cũ anus. lib. 4. c. 8. nu. 58. Roman. in l. cum quidã. §. quod dicitur. de acquir. hæred. nu. 9. Caſtr. in l. de pupillo. §. qui opus. num. 3. ff. de nou. oper. nunc. Alberic. in prima conſt. ff. vet. in l. omnem. nu. 15. Cagnol. in proem. ſſſ.*

*nu.82. ſol.25. Ant.de Petruc. in rep. l.1. ff.de iure iur. nu 382. rep tom.2. Alex. de Neuo. in cap. fraternitatis. nu.12. de frigid. & malef. 4. fol.116. Petr.de fideic. quaſt.15. nu.297. Cyriac.3. contr.459. ſub nu.23.*

Secus autem eſſet, ſi ad certum officium peritus electus, à principio iuraſſet, nam tunc amplius iurare non teneretur. *Pacian de prob. tom.1. c.47. nu.24.*

Nec minus ſi ipſi à parte concorditer electi fuiſſent, iurare tenerentur, quia illorum fides tunc videretur approbata, & ſine iuramento, illis crederetur. *Ruger. 1. conſ 38. nu 49.*

Iurant tamen de credulitate. *Ruſtic. ad l. cum antiq. lib.4. cap.8. nu.59. & ſeq.*

5 Et poſtquam iurauerint, † non poſſunt, nec debent referre, niſi prius partes audierint. *Gabriel. 1. conſ.168. q.8. nu.102.*

An verò vnus, vel plures eligi debeant, nos ſemper eam partem, quę pro plurium electione ſtat, fuimus amplexi.

6 Nam, vt illis † ſtetur, duo ſunt adhibendi. *Capol.2. conſ.64. n.17. & 49.* nec vnus ſufficit. *Bertazzol. 1. conſ.33. nu.12. in crim. Mazzol. conſ.12. nu.38. per cap. ſignificaſti. il ſecondo. de homicid. Alciat. in l.1. §. eadem. nu.17. ff. de verb.oblig. tom.3. p.1.* & ibi *Aquilin. nu.53. Soc. in d. c. ſignificaſti. nu.2. de homicid. lib.5. Menoch. de arbitr. iud. caſ.114. num. 27.* & maximè quando plures ſunt in Ciuitate. *Cyriac. 3. contr. 485. nu. 11.* immò ſi vnus tantum eſſet in loco, non ſufficeret, ſi de magno præiudicio ageretur, ſed tũc eſſent vocandi vicini. ibid. *nu.12.* ſed ſi vicini non reperirentur, & alij abſolutè inueniri non poſſent, vnus
7 ſufficeret, cum † ad impoſſibile nemo teneatur. *l. impoſſibiliũ. ff. de reg. iur. Gratio. diſcept. c.235. ſub nu.61.* quam veritatem ſequũtur *Mandoſ. ad Roman. conſ.20. in verbo dictum. Abb. in c. propoſuiſti. nu.5. verſ. ego potius.* & ibi *Felin. n.7. de prob. Zoſ. in l.1. §. eadem. nu.9. de verb.oblig.* & ibi *Alciat. nu.20. Iaſ. nu.11. Aretin. & Rum. nu.13.* quos adducit, & ſequitur *Gratian. diſcept. cap.235. nu.59. & 60.*

8 Addatur, quòd ſi † ſumus in reb^9 arduis, vnum deputare nõ ſufficit. *Mandoſ. ad Roman. conſ.20. verb. dictum.* quem adducit *Gratian. d. cap. 235. nu.60.*

De tertio autẽ eligendo eſt ſciẽ-
9 dum, quod ſi periti † arbitrati non fuerint, poſſunt alij adhiberi. *Cephal.5. conſ.767. nu.5.*

10 Vel ipſis, † diſcordantibus tertij peritiores eligi. *Ceph. 3. conſ. 384. nu.60.* eſt text. in *l. item ſi vnus 19. §. pen. ff. de recept. arbitr. c. inoltur. eodem tit.* & vtrobiq; Doct. & ex alijs, quos idem Ceph. qui ſup.
11 adducit. Et poteſt Iudex † cogere partes, vt tertium eligant. *Surd. 3. conſ.452. nu.37. Roman. in l.1. §. eadem. ff. de verb.oblig. Dec. in c. propoſuiſti. n.13. verſ & quãdo. de prob.*

12 Cui tertio ita † ſtatur etiã, quòd diſcordaret ab alijs duobus electis. *Soc. ſen. conſ.54. ſub nu.2. verſ. tertius, & vltimus caſus. lib.1. Gloſ. & Rot. in recent. p.1. deciſ.294. n.2. in fin. ex Gloſ. & Bald. in l. itẽ ſi vnus. §. principaliter. in fin. ff. de arbitr.* ac *ſpecul. & al.* de quibus ibi.

Præ-

Præterea periti, an ſint iudices,
teſtes, &c.
13 Pro abſoluto ponimus, † peri-
tos eſſe quaſi iudices, non propriè
teſtes, & adhiberi potius, vt iudi-
ces, quàm vt teſtes. *Surd.conſ.452.
num.30. lib.3. Tut.allegat.33.n.57.
Gratian. diſcept. cap.263. nu.20. Io-
ſeph.de Ruſt in l.cum amus. lib.4.c.8.
nu.50. Aquilin. in l.1. §.eadem. nu.
25. de verb.oblig. & nu.ſeqq. Baldan
c.propoſinſti. n.3. C. de prob.fol.241.*
14 Vnde eorum † peritia ſemper po-
teſt corrigi per magis peritum, ſi-
cuti Iudicis imperitia. *l. 1. de ap-
pell. Io.de Amic. conſ.102. num.16.
Gratian. d.cap.263. nu.21.*
Et prædicta tantò magis habent
locum, ſi ad rationes recurramus,
15 & ſunt, quod in peritis † eſt magis
iudicium, quam teſtimonium. *Bart.
in l.2. nu.21. C.de reſcind.vend.& in
l.iuriſiurandi in antiq. lect. nu.4. C.de
teſtib.* ſentit *Angel.in l.comparatio-
16 nes. n.3.C.de fid.inſtr.* & quod † ad-
hibeantur ad iudicandum ſecun-
dum peritiam artis ſuæ, eſt text. in
*l.8. §.1. ff. fin.regund.* & quod tan-
17 quam arbitratores † admittantur
ad æſtimandum bona dicunt. *Surd.
3. conſ.452. nu.30. Rimaldi. 2. conſ.
212. nu.16. Burſat conſ.184. nu.10.*
18 appellantur enim † arbitri à text.
in *l.hac adictali. §. his illud. C. de ſe-
cund.nupt.* & in *l. illud quoque 7. §.
quid tamen. ff. de tribut. l. certi iuris
17. C. de iudic.*
Quibus autem magis ſit creden-
19 dum; eſt dicendum, † peritis cre-
di, & illis ſtari, niſi de contrario
exaduerſo doceatur. *Mazzol. conſ.
120. nu. 73.* etiam de credulitate
deponentibus. *Monald. 1. conſil. 1.
nu.5. & tom.2. conſ.21. nu.10. Tut.
alleg.33. nu.57.* ſtatur tamen Iudi-
cis arbitrio. *Alciat. in repet. l.1. §.
eadem. nu.38.de verb.oblig. rep.tom.
6.fol.138.*
Animaduertere tamē debemus,
quòd ſi plures ſint periti eiuſdem
profeſſionis, qui diuerſa mem bra,
& exercitia habeant, magis cre
20 ditur † verſato in membro vno, vt
verbi gratia, in iudicando vulnere,
magis creditur chirurgo, quam
phyſico. *Præpoſ. in cap. vt veterum.
nu.4. diſt.9. fol.26.* & ſic de ſingu-
lis artibus.
21 Item, † maiori parti ſēper ſtatur
*Ceph.4. conſ.540. nu.88.* per tex. in
*l.diem proferre. §. ſi plures. ff. de re-
cept.arbitr.* & al. verbi. *Rot. 4. di-
22 uerſ. deciſ.746. nu.2.* & magis † il-
lis peritis creditur, qui eorum di-
cti rationes reddunt. *Perſonal.conſ.
18. nu. 40.* nam tunc deponunt, vt
pecudes, nō vt homines. *ibid.* etiam
non interogati. *Mazzol. conſil. 40.
nu.17. Sebaſt.Sapia. in rep.l.de ætate.
nu.44. ff. de minor. tom.1. par.2. Ga-
briel.conſ.168. q.8. nu.116. Dec. in
c.propoſuiſti.nu.13. de prob.* & veri-
ſimiliora dicunt. *Roman. in l. 1. §.
eadem. nu.8. ff. de verb.oblig.*
23 Et quod † periti ſi diſcordent,
peritioribus ſit ſtandum. ſentiunt
*Alexan l.1.§ ſi.ff.de verb.oblig.n.6.*
24 & ibi *Roman. nu.8.* quid in † peri-
tis animalium? ſtandum eſt illis
dicentibus, morbum adfuiſſe. *Ber-
tazzol. conſ.258. lib.2.*
25 Hæc autem peritorum † iuditia
nunquam tranſeunt in iudicatum.
*Ceph.4. conſil.570. num.30. Bero.3.
conſ.144.nu.53. Menoch.4.conſ.343.
nu.30. Alban.ad Bartol. in l.2.nu.3.
ff. de*

Digitized by Google

*ff. de ventr. inſpic. & in l. 1. n. 3. ibid. DD. in cap. propoſuiſti. de prob.*

26 Sicuti † & ſententia lata, ex relatione peritorum, quæ nunquam pariter tranſit in iudicatum. *Rim. iun. 2. conſ. 212. num. 13. & 15. & lib. 4. conſ. 385. nu. 7. & 19. Seraph. deciſ. 513. num. 3.*

Tandem Magiſtratus, facta relatione, peritis, & earum relationibus credidit, ſi & quatenus veritatem ipſæ cõtinebant, aliàs ſecus.

27 Hinc mala † æſtimatio corrigitur à Iudice, adhibitis alijs æſtimatoribus. *Bart. in l. arbitrio. nu. 4.*
28 *ff. qui ſatiſd. cog.* poteſt enim Iudex emendare relationes peritorum. *Hieronym. de Monte. de finib. regun.*
29 *cap. 102.* & eas ſequi † ipſe non tenetur, ſed aliundè poteſt perquirere de veritate relationis. *Ripa. 2. conſ. 1. de legib. nu. 8.*

Reliqua circa hanc materiam pleniſſimè ſcripta apparebunt in meis tract. var.

*SVMMARIVM.*

1 *Maritus, qui veſtem tenetur facere vxori, ſi vnam emat pro ſcutis 12. & decipiatur ab vxore, quia ipſa venditori promittat 20. an teneatur perfecto contractu ad reſiduũ pretij, cum vxore conuenti.*

## DECISIO LII.

Vxor emerat veſtẽ pro ſcutis 20. & vt facilius induceret virum ad eam emendam, dixit illi, tantum de pretio ſcutorum 12. conueniſſe; quapropter maritus exburſauit vẽditori dictas pecunias.

Sed non poſt multos dies venditor petebat reſſiduum pretij conuenti cum muliere, quæ verè fatebatur de pretio ſcutorum 20. conueniſſe, non de 12. ſolutis.

1 Quærebatur, an † maritus huiuſmodi reſſiduum ſoluere teneretur, cum veſtis eſſet neceſſaria, & eam maritus eidem facere debuerat, & præſertim etiam, quia ipſe ratam habuerat emptionem, licet pro minori pretio.

Et viſum fuit Dominis, maritum teneri actione de in rem verſo. ex *l. 3. §. in rem. cum ſeq. ff. de in rem verſo.*

Hęc cauſa amicabiliter ſine ſtrepitu iudicij fuit cœpta, & ita ſine expenſis pariter terminata.

*SVMMARIVM.*

1 *Beneplacitum, & ſuſpenſio, officio finito, finitur.*

## DECISIO LIII.

In noſtro receſſu, ob finem offitij, fuit dubitatum, ex quo fuerunt ſuſpenſi ab officio duo executores,
1 an † officio extincto, eſſet ſublata ſuſpẽſio, & beneplacitum finitum.

Et fuit pro affirmatiua concluſum. *c. ſi gratioſè 5. de reſcript. in 6.* quem cum alijs ſequuntur *Angel. conſ. 217. nu. 9. Dec. conſ. 108. num. 2.* eſt etiam text. in *l. locatio 4. ff. locat. Fabius de Anna. conſ. 14. nu. 20.*

Ideò fuerunt remoti, & abſolutè licentiati, ac expulſi, dignis de cauſis nobis notis.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Filius poteſt à patre, vel matre promitti, & obligari artifici, aliqua taxata operarum mercede.*

DECISIO LIV.

Coram nobis pluries fuit diſcuſſum, an filius poſſet † à patre,
1 vel matre obligari alicui artifici, aliqua taxata operarum mercede, & pro affirmatiua concluſum fuit. *Annot. latè ad deciſ.* 810. *Burat. lit. A.* ex Rotæ, & plurium inſignium Iuriſconſultorum auctoritatibus; Quod in hac præcipuè Ciuitate eſt in vſu, & paſſim in omnibus Tribunalibus admittitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Salarij cauſa eſt ſummaria.*
2 *Cauſa, ſi leuis eſt, & breuis, ſtatur Iudicis relationi, & informationi.*
3 *Cauſa cognita, factum dicitur decretũ, ſi partes ſint præſentes.*
4 *Iudicis auctoritas eſt maxima in cauſis leuibus.*
5 *Cauſa, ſi leuis eſt, non eſt neceſſaria ſolemnitas actorum, & Iudex poteſt fungi officio notarij.*
6 *Modicum dicitur vſque ad ſummam duorum aureorum.*

DECISIO LV.

Solent Notarij noſtri contra banimenta, & ordinationes Magiſtratus, ſcribere, & annorare decreta in chartis, quę ſi cadunt, cauſa & ipſa cadit, vt euidentia factũ hoc pleniſſimè in dies oſtendit, non enim ex decretis minima pars in libris ſcripta reperitur, citra tamẽ iniuriam alicuius: nam de bonis non loquor, & diligentibus, ſed de ijs, qui in hoc defecerũt, ſi qui sũt.

Euenit, quòd in quadam cauſa mercedis anteceſſores fecerant decretum de anno 1638. & in eo pręceptum relaxarunt pro modica tamen ſumma contra debitorem; qui hoc audito, comparuit, aduerſario prius citato, & inſtetit reuocari omnia, & dari copiam petitionis.

Domini, auditis partibus, tenuerunt dictum decretum valere, &
1 exequendum eſſe; cauſa † enim ſalarij eſt ſummaria, & in ea proceditur ſine aliqua ſcriptura, Iudexquè potuit oretenus probationes
2 recipere; præſertim, quia cauſa † eſt breuis, & modicæ ſummæ, & in ea ſtandum eſt ſoli relationi, & in-
3 formationi Iudicis, qui cum † facit decretum partibus præſentibus, cenſetur illud facere cauſa cognita, vt plenè de his omnibus tractat *Marant. conſ.* 34. *num.* 2. *& ſeq.* Ma-
4 xima enim † eſt Iudicis auctoritas in cauſis leuibus. *Cauagnol. ad decr. Montiſf.* 2. §. 2. *num.* 7. *& ſeq. Natt. conſ.* 182 *per tot. lib.* 1.

Prædictis addatur, quod in cau-
5 ſa † leui, & modici præiudicij, non eſt neceſſaria ſolemnitas actorum, & Iudex poteſt fungi officio Notarij, & ſtatur ſimplici dicto Iudicis. *Alciat. conſ.* 79. *lib.* 6. *tom.* 2. qui Doctores allegari aperiantur, cum bonos textus deducant, quibus, quod à nobis deciditur, plenè firmatur.

Et

Et tantò magis in ſenſum fauorabilem creditori venimus, quia agebatur de duob. ſcutis. *Mant. 1. conſ. 240. nu. 3.* vbi modicū † dicitur
6 vſq; ad ſummā duorum aureorum.

*SVMMARIVM.*

1 *Licentia durat finito officio, & quādo. vide ibi.*
2 *Magiſtratus habet facultatem ſtatuendi pro tempore eius officij.*
3 *Beneplacitum ſub commeratione dignitatis non expirat finito officio.*
4 *Prohibitiones pœnales non expirant, finita adminiſtratione.*
5 *Pronuncia, quæ ſecum trahit executionem, durat etiam finito officio.*
6 *Succeſſor in magiſtratu iuris interpretatione, cēſetur eadem perſona, cum ſit idem Tribunal.*

## DECISIO LVI.

Fvit à noſtris Magiſtratus executoribus ſublata licentia cuidam reuenditori cibariorum, ſignata ab anteceſſoribus noſtris, ideo fuit quæſitum, an licentia prædicta eſſet expirata, finito illorum officio, an vero pro ſequenti, & vlteriori tempore aliorum Tribunorum duraret.

Fuit per nos incontinenti mandatum, licentiam reſtitui dicto re-
1 uenditori, & concluſū, † ipſam durare, ea ratione, quia ſub nomine Magiſtratus ſimiles licentiæ conceduntur, qui perpetuus eſt, licet perſonæ mutentur. eſt text. in *l. ſicut 7. §. in decurionibus. ff. quod cuiuſq; vniuerſ. nom. ibi. In decurionibus, vel alijs vniuerſitatibus, nihil refert, vtrum omnes ijdem maneant, an pars maneat, vel omnes immutati ſint. (Vigel. tom. 1. fol. 1273. in princip.)*
2 habent † enim facultatem ſtatuendi pro tempore eorum officij. *Bart. in l. 1. nu. 1. ff. quòd quiſque iur.*
3 Hinc beneplacitum † ſub commemoratione dignitatis non expirat finito officio, quando dignitas eſt contemplata. *Fab. de Ann. conſ. 14. nu. 14. & ſeq.*
4 Nec prohibitiones † penales factæ à Magiſtratibus finiuntur, extincta adminiſtratione. *(Bec. conſ. 4. nu. 4. 11. & 20.)*
5 Et pronūcia, † quæ trahit ſecum executionem, durat etiam finito officio. *(Bertazzol. conſ. 26. num. 7.)*

Tandem multum facete videtur *Alciat. conſ. 7. num. 7. lib. 7. tom. 2.*
6 vult enim, quòd † ſucceſſor in Magiſtratu, iuris interpretatione cēſeatur eadem perſona, cū ſit idem Tribunal. qui adducit text. in *l. proponebatur. ff. de iudic.*

*SVMMARIVM.*

1 *Exhibitio eſt facienda, doctò de exiſtentia, & intereſſe.*
2 *Exhibere recuſans tenetur ad damna, & intereſſe.*
3 *Amiſſionē ſcripturæ prætēdens, quando adiuramentum admittatur.*

## DECISIO LVII.

Petebatur exhibitio librorum pro verificatione earum, quæ in iudicando ſupponebātur, nō ad fundandam, ſed ad coadiuuandam intentionem agentis.
1 Domini mandarunt fieri † exhibi-

Digitized by Google

bitionem, docto de exiſtentia, & intereſſe petentis, per ea, de quibus latiſſime apud me, in *conſil.* 32. *lib.* 2. eſt tex in *l.* 3 & ibi *Gloſ* in §. *ſciendũ.* in *verb. ſummatim. ad exhib.*

Quæ editio, ſeu exhibitio, dictis extremis probatis, ita eſt iuſta,
2 quòd ſi † ipſos habens recuſaret exhibere, teneretur ad damna, & intereſſe. *Bald. conſ.* 152. *ſub nu.* 1. *lib.* 3. *Soc ſen. conſ.* 46 *nu.* 4. *lib.* 1.

Et ſi diſputaretur de amiſſione, [illegible] miſſionem prætendens † vellet [illegible]re, eſſet diſtinguẽdum pro reſolutione difficultatis.

Aut enim talis eſt obligatus ad cuſtodiam, vt ego dixi in meo *conſ.* 27. *lib.* 2. & tunc libri amiſſio non probatur ſolo iuramento, per eum, qui eſt obligatus ad cuſtodiam. [illegible]*ero. conſ.* 191. *nu.* 21. *lib.* 1. & di[illegible]*ng.* 9. ad quod in hoc me [illegible].

Aut non eſt obligatus ad cuſtodiam, & tunc ſtatur eius iuramento. *l. cum quidam.* vbi poſt *Gloſ.* in *verbo Sacramentum. Bald. circa fin.* C. *de fid. inſtr.*

*SVMMARIVM.*

1 *IVramento litis deciſiuo oblato, an poſſit offerens re integra ad teſtes recurrere.*

[illegible]*ta probationis per teſtes electa, an poſſit recurri ad iuramẽti delationẽ.*

DECISIO LVIII.

1 2 HAbebat quidam teſtes à Ciuitate abſentes, ideo ius ſuum deducere nõ poterat pro verificatione ſui crediti. Vnde obtulit [illegible] iuramentum litis deciſiuũ reo, qui copiam habuit formulæ iuramenti, cum termino ad iurandum.

Pendente termino dictus actor propter probationes, quas ſuperueniſſe iurauit, dictam oblationem reuocauit, petens admitti ad probandum per teſt. intẽtionem ſuam.

Quærebatur, an eſſet audiẽdus.
1 Et † admittendum eſſe placuit. ex *l. ſi quis iuſiurandũ* 11. *C. de reb. cred.* *Oſaſch. deciſ.* 8. *num.* 4. *verſ. contraria*
2 *tamen.* prout † electa via probationis per teſtes, poteſt quis ad delationem iuramenti confugere. idẽ *Oſaſch. deciſ.* 97. *num.* 6. *ſub verſic. in contrarium.*

*SVMMARIVM.*

1 *CAldaria, ſi venduntur ad pondus, non ponderantur cum ipſis manici ferrei.*

DECISIO LIX.

ALiqui fabri, ſeu artifices fuerunt condemnati in pœnam bannimentorum, eo quia manici ferrei vaſis æreis infixi, erant exceſſiui, & plus ponderis, quam ipſi allegabant fuiſſe.

1 Et bene, quia † caldaria, quæ vẽduntur ad pondus, non ponderantur eorum manici ferrei. (*Follerius prax. de cenſib. num.* 24. *fol.* 191.) eſt text. in *l. cum aurum* 19. §. *idem Celſus.* ff. *de aur. & arg. leg.* & ibi hoc explicat bene *gloſ.* per illud verbũ, ibi, *replumbatæ.*

Sed quia poſtea Perilluſt. & Excellentiſs. Amori[illegible] eorum A[illegible] catus pro remiſſio[illegible]

Digitized by Google

tem inſteterit, atteto decreto vnius ex Eminentiſſimis Anteceſſoribus Legatis, fuit per Dominos ordinatum ſeruari decretum, &c. quod poteſt ex actis Magiſtratus videri.

*SVMMARIVM.*

1 *CVſtodiam rerum qui habet, tenetur de earum perditione.*

### DECISIO LX.

VIdua quædam conquerebatur de quodam forenſe, qui eam in ius vocauerat pro reſtitutione quarumdam ſubucularum conſignatarum, & traditarum, & recuſabat, cum eſſent deperditæ, reſtituere earum valorem.

Domini interrogarunt eam, pro indaganda veritate, an ſubuculæ fuiſſent illi cõſignatæ ad cuſtodiẽ-
1 dum; & quia † affirmatiuè reſpondit, eam condemnarunt, per ea, quæ ponuntur apud (*Vigel. de act. in fac. ad naut. 12. except. tom. 5. fol. 405.*) *Ant. Cioſ. 1. conſil. 71.* latiſſime hæc materia dilucidabitur in meis ſingular. ideò hic omittitur, ne auctoritates, & rationes repetantur, vt volumen impleatur.

*SVMMARIVM.*

1 *OPus faciendum, qui ſuſcipit ad menſuram, debet prius feciſſe, quam poſſit mercedem petere.*
2 *Pauper, qui ſuis laboribus victum ſibi quærit, poteſt ante finẽ operis mercedem petere.*
3 *Sartor, & pelliparius debent prius opus perficere, quã mercedem petere.*
4 *Finis operis, quando expectari non poſſit.*
5 *Verba, & leges debent intelligi ſecundum conditionem perſonarum.*

### DECISIO LXI.

LIcet is, qui ſuſcipit opus faciendum † ad menſuram, prius debet
1 feciſſe, quam poſſit mercedem petere. *l. qui inſulam 33. § qui adem. ff. loc. Bald. in l. 2. nu. 4. C. loc.*

In ſimilibus tamen caſibus, qui occurrerunt, viſum fuit Dominis, ſtante paupertate operariorum, ipſis ſoluendam eſſe partem mercedis pro modo laboris præſtiti, quantitatemq; taxandam remiſerunt DD. Maſſarijs artium.

2 Iſti enim pauperes, † qui ſuis laboribus victum ſibi quærunt, poſſunt etiam ante finem operis partem mercedis petere pro victu, vt poſſint operas præſtare. *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 6. nu. 15. &*
3 *ſeq. & n. 17. vo. 1.* ſecus † in ſartore, dicit ipſe, ibi *nu. 16.* & in pelliparijs, qui debent prius opus perficere, quã mercedem petere. & *Bald. in d. l. 2. ſub eod. nu. 4. C. loc.*

4 Quando vero ſtatuitur † merces in certas menſuras pro operibus, tunc non debet finis operis expectari, ſed ſingula menſura finita poteſt, quod promiſſum eſt, peti. *Roman. in l. qui hoc. nu. 12. ff. de verb. oblig.* per *l. qui inſulam. §. qui adem. ff. locati.*

Et non mirum, ſi diuerſimodè
5 Doctores loquuntur, quia leges, & diſpoſitiones, ac verba debent intelligi ſecundum conditionem perſonarum. *Mant. d. lib. 5. tit. 6. nu. 18.*

*SVM-*

*SVMMARIVM.*

1 *MAgiſtratus Tribunorum Plebis Bononiæ, nedum criminaliter, ſed ciuiliter etiam procedendi, facultatem habet.*

2 *Iudex tenetur debitori dilationem, modicam tamen, petenti concedere.*

3 *Dilatio conceditur debitori, præſtita cautione idonea ſatisfaciendi poſt dilationem.*

## DECISIO LXII.

ANtonius de Mattafijs Lardarolus vocauerat in ius, occaſione pecuniarũ ſibi debitarum ſatisfactionis, quemdam tinctorem, qui (inſtructo iam proceſſu) fuerat condemnatus per anteceſſores noſtros ad ſolutionem dictarum pecuniarum.

Coram Dominis petebat reuocari omnia, vel ſuſpendi, donec de iuribus ipſius poſſet cognoſci, ſed ad vlteriora procedi in executione relaxata, fuit decretum.

Iſte reus recursũ habuit ad Excellentiſſimum D. Auditorem Generalem, qui eo audito gratioſè, impedimenta conceſſit. Sed per recurſum factum ad Emmentiſs. & Reuerẽdiſſimum Principem à Magiſtratu, præuia per partem creditricem citatione à creditore facta; idem Emmentiſſimus cauſam, & partes remiſit ad Magiſtratum, & iuxta petita, impedimenta reuocauit. Habet enim † Magiſtratus, 1 nedum criminaliter procedendi auctoritatem, ſed ciuiliter procedendi in iſtis cauſis, & in alijs, de quibus in Statuto eiuſdem fori, & alijs conceſſionibus, & facultatibus, ac inueterata conſuetudine, de quibus, Deo dante, apparebit ſuo loco.

His factis, de nouo dictus tinctor ad Dominos recurſum habuit, & petijt ex pietate, ſibi concedi dilationem ad ſoluendum.

Domini conceſſerunt, modicam 2 tamen † dilationem ad ſoluẽdum, vt iam fecerant in alia cauſa (eſt deciſ. 17.) & vltra ibi allegata, vidẽtur pro dilatione debitori, à Iudice cõcedenda aſſiſtere, per tex. in *l. nonnunquam. ff. de iudic. Rom. conſ. 201. ſub nu. 6. Butr. in c. quærenti 26. num.* 10. & ibi *Imol. num. 7. ff. de off. deleg.* & loquuntur DD. & in ſpecie *Bartol. in l. ſi cum exceptione. §. quatenus. nu. 5. ff. quodmet. cauſ.* & in *l. an fideicommiſſis. ff. de vſur.* & *Bald. loc. precit.* quem cum alijs ſequitur *Rot. in recent. p. 1. deciſ. 38. nu. 1.*

3 Addò, quod dilationes, quæ † conceduntur debitoribus ex gratia, & vt poſſint commodius ſatiſfacere creditoribus, non deb. cõcedi abſque fideiuſſione idonea. poſt multos latiſſimè *Graſſ. de except. 32. nu. 132. cum ſeqq.* hoc tamẽ intelligitur niſi à parte ipſa cautio peteretur.

*SVMMARIVM.*

1 *FAmulus, qui pro certo tempore ſeruire promittit, conſequi non poteſt mercedem, niſi tranſacto tempore.*

2 *Salarium pro rata ſeruit[illegible]betur.*

3 *Tempus, quando a[illegible] cauſa artificij, non pro ſo[illegible]*

Digitized by Google

## DECISIO LXIII.

OCcurrit ſæpè diſputare, an ille, qui promiſerat inſeruire pro anno, vel certo maiori, vel minori [illegible]mpore præfixo, pro certa merce[illegible] in ſing[illegible]los menſes conſtituta, [illegible]cedens è ſeruitio, poſſet petere ſalarium, prorata temporis ſerui[illegible] præſtiti; maximè opponentibus [illegible]mis, & dicentibus, ipſos non [illegible] petere ſalarium, niſi in fine [illegible]mporis; quinimo cum eſſent in damno ex receſſu famulorum, petebant ad intereſſe ipſos condemnari.

Nos in [illegible] decreuimus con[illegible] [illegible]ſio [illegible] ratione, quia [illegible] [illegible] certo tempore [illegible] non po[illegible] [illegible]anſacto tem[illegible] [illegible]dat, ſibi ſit aſcribendum. ad tr[illegible] dita per (*[illegible] de Nigr. in rep. l. diem functo. nu. 54. ff. de offic. aſſeſſ.*) ex l. *qui operas. ff. loc. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 5. tit. 6. num. 19. & ſeq. tom. 1. Bald. in l. 2. C. loc. ſub nu. 4. ve[illegible] ſed ſi quis.*

2 Sed ſequuti æqu[illegible]tem, non ri[illegible]gorem, diximus, ſalarium [illegible] pro [illegible] ſeruitij impenditi, deberi [illegible] & operarijs; & iſtis D[illegible] [illegible]onſum dabatur, q[illegible] [illegible] paſſum fuiſſe pr[illegible] [illegible] intereſſe agerent. *Mantic. d[illegible] 6 [illegible] 21.*

3 Et eo [illegible] in c[illegible]bus, [illegible] [illegible] ſecu[illegible] [illegible] ſeru[illegible]itio. [illegible] nipus pro forma, ſed pro cauſa ar[illegible] adſcriptum fuerat. Id [illegible] [illegible] merceden p[illegible] [illegible] pro rata [illegible] beri. [illegible] agere[illegible] *Cabal. cen[illegible] 3. ca[illegible] 2.*

FINIS.

89545827